gens ꝓpinquorum et aliorum tur
ba cōcurrit flens eum tanq̃ iam
mortuum Media autē nocte iam
ōnib9 alto ſopno ſopitis. paulu
lū redeūte ſpū ātboni9 caput ele
uat et videns ſolū eū qui euȝ illic
detulerat manere puigilem nutu
annuit vt nullo excitato ſe ad ſe
pulchri priſtinuȝ referret domici
lium. Relatus itaq; iterum ſol9
permanet. et ſtare quidem prop
ter recentes plagas non poterat
Orās vero proſtratus poſt oratio
nem alta voce inſultans dicebat
Ecce ego hic ſum anthonius. nō
fugio veſtra certamina etiā ſi ma
iora faciatis. Hoc eo dicēte bono
ruȝ inimicus dyabolus ꝙ auderet
redire p9 verbera furore ſe laniās
videtis ait ad ſocios ꝙ nec ſpiri
tu fornicationis corporis vulneri
bus ſuperatus iterū laceſſit nos ?
Oīa arma corripite. acrius nobis
impugnandus eſt. ſcietq; quos
prouocet. Sonitus igitur repenti
nus increpuit ita vt loco funditus
agitato et parietibus patefactis
multifaria demonum turba ſe in
funderet. Rugiebat leo occidere
volens. taurus rugitu et cornib9
minabatur. ſibilabat ſerpens et
cetera. Anthonius autem flagel
latus atq; confoſſus ſētiebat qui
deȝ aſperiores dolores. ſed interi
us mēte permanebat incōcuſſus

irridens q̄ eos dicebat· Si virium
aliquid haberetis· ſufficeret vnꝰ
veſtrum ad preliuz· ſed quia dn̄o
eneruante vires non ſuppetunt·
multitudine terrorem temptatis
incutere. cuz et hoc ipſum infirmi
tatis veſtre indiciuz ſit q irratio
nabiliū aīaliuz formas induitis·
Si quid valetis· ſi a domino ī me
vobis poteſtas collata eſt· ecce
preſto ſum· deuorate conceſſum·
Si vero non poteſtis· cur fruſtra
nitimini? Eleuans autem oculos
culmen deſuper vidit aperiri· et ex
pulſis tenebris ad ſe lucis radios
īfluere· poſt cuius aduentū nullꝰ
oīno demonū apparuit· edificiūq̄
prius diſſolutū reſtauratum eſt·
et omnis corporis dolor extīplo
deletus eſt· Illico p̄ſentiam dn̄i
intelligens ex intimis pectoris lō
ga trahens ſuſpiria aiebat· Vbi
eras bone iheſu vbi eras? Quare
nō a principio affuiſti vt ſanares
vulnera mea? Et vox ad euz An
thoni hic eram ſed expectabaz vi
dere certamen tuum. Nunc quia
dimicando viriliter nō ceſſiſti· ſē
per auxiliabor tibi· et faciam te in
toto orbe nominari· Hijs auditis
tantū roboratꝰ ſurrexit vt intelli
geret ſe iaz plus viriū perdidiſſe
q̄ ante perdiderat· natus annos
circiter triginta quinq̄· ¶ Ex in
de cū voluntati p̄mpte merita glo̓ſā
ſuccederent· vadēs ad ſup̄dictum
ſenē precabatur· vt in deſertū pa
riter abirēt Cauſante autē illo ſe
nile euū et rei nouitatem· ſolus
contendit ad mont· ē et heremi ad
huc monachis ignote viā conatꝰ
eſt pandere· Sed nec tūc ceſſauit
infatigabilis hoſtis· ſed impedire
volens eꝰ p̄poſitum argēteum in
itinere diſcuz proiecit· Quo viſo
callidi hoſtis agnouit verſucias
toruis q̄ diſcū intuēs ocul' actorē
obiurgabat dicēs· Vnde hic in de
ſerto diſcus· auiū hoc iter ē· lap
ſꝰ de ſarcina pre magnitudine la
tere non potuit· ſed et q̄ perdidiſſ3
ob locorū ſolitudinē reuerſꝰ inue
niſſet qd ſuuz eſt· Hoc artificiuz
tuum dyabole eſt nō impedies vo
lūtatem meā· Argentū tuū tecuz
ſit in perditionem Hoc eo dicēte
diſcus vt fumus euanuit· Deinde
veri auri ingentē maſſaz reperiēs
in itinere· cupido curſu illū quaſi
quoddam vitaret incendiū fugit et
ad montē vſq̄ perexit· Ibiq̄ inue
nit caſtellū deſertū plenum venena
torū aīaliū· In quo cū ſe conſtitu
iſſet ſtatim ingens ſerpentium
turba quaſi perſecutorez paſſa p̄
fugit· At ille obſtructo lapidibꝰ
introitu panes menſium ſex et a
que hn̄s parum ſolitarius pocura
bat· nuſq̄ procedens neminē vi
dens· ita vt cuz bis in anno deſu
per p tectuz panes ſuſciperet nul
lum cū deferentibus haberet col
loquiū ¶ Viginti itaq̄ ānis ſolita
rie trāſactis· cū magna p̄poitū eꝰ
ymitari cupientiū et notoꝝ ad
eū multitudo concurreret· necnō et
pacientium infinita ſe caterua cō
glomeraret· tandem per vim iaz
pene foribus euulſis· quaſi ex ali
quo celeſti adito conſecratus ap
paruit· Obſtupuerūt vniuerſi et
oris gratiā et corporis dignitatē·
q nec per quietem intumuerat
nec ieiunijs demonūq̄ certamis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

De S̃to Anthonio
17 Janrij

Faciem pallor obſederat·ſed econ
trario quaſi nichil tēporis exegiſ
ſet antiquus membrorum color ꝑ
ſeuerauit · Nūquam hilaritate
nimia ſolutus in riſum eſt · nū
quam recordatione peccati triſtia
ora contraxit · Nichil in illo inde
cens ſolitudo · nichil aſperum co
tidiana cum hoſtibus bella cōtule
rant · Temptata mens equali ad
cuncta ferebatur examine Sermo
eius ſale conditus conſolabatur
meſtos docebat inſcios . cōcorda
bat iratos · omnibus ſuadēs nich
il amori criſti anteponēdū · Pro
ponebat ante oculos bonorū mag
nitudinem futurorū · et dei clemē
ciam ac beneficia retexebat indul
ta · ꝙ ꝓprio filio nō pepercit ſed ꝓ
noſtra eū ſalute tradidit Poſtq̄
autem anthonius dicendi finē fe
cit letātibus cunctis in aliis virtu
tis cupido exardeſcebat · in aliis in
firma rēfouebatur fides . ex aliorū
mentib9 falſe opiniones pellebā
tur · ex aliorum ſenſibus inaniuꝫ
terrorum pellebatur acceſſio · De
inde plures verbo ſalutari ad mū
di contemptū inducēs ac in xp̄o
ſibi filios generās per omnē mō
tis ambitum monaſteria tāq̄ ta
bernacula conſtruebat · Quis tā
tum monachorum agmen conſpi
ciens · quis virilē illum cotidie ce
tum cernēs · in quo nullus nocēs
nulla detractio ſuſurrationis ſed
multitudo abſtinentium erat nō
ī diuine laudis ſtatim erūperꝫ vo
cē Dū hec ita gererentur quibus
indies beate vite ſtudium ſucceſ
ceret anthonius manſionum in ce
lo poſitarū recordās · ac preſentis
vite deſpiciens inanitatem quaſi
parua eſſent quecumq; geſſerat
ſepatus a fratrib9 inſtituebatur
Cumq; euꝫ ſiue cibum ſiue ſopnū
indulgere corpuſculo cogeret hu
mana conditio · miro afficiebatur
pudore · ꝙ tantam anime liberta
tem modici carnis termini cohe
cerent · Nam frequenter cum fra
trib9 ſedēs a cibo qui fuerat appo
ſitus memoria eſce ſpiritualis ab
ſtrahebatur · Et cum hec mira vt
predixi ageret cum confuſione
tamen anime exhibendam corpo
ri magnopere diligentiam perſua
debat · dicens corpus nec penitus
eſſe necandum ne operatio cōtra
voluntatem ſaluatoris diſſoluere
tur · ¶ Hys itaq; ſic tranſactis
cuꝫ perſecutio impyſſimi maximi
ani furore veſano vaſtaret eccle
ſiam · ſanctos martires ad alexā
driam perductos relicto et ipſe
monaſterio ſecutus eſt dicens ·
Pergamus ad fratres triumphos
glorioſos vt āipſi congrediamur
aut ſpectemus alios preliantes
Et amore quidem martirij iā mar
tir erat Sed cum tradere ſe ultro
non valens amminiſtraret con
feſſoribus in metallis vel carceri
bus conſtitutis · magna tamen li
bertate intrantes ad iudicem ex
hortabatur ne terrore impiorum
ſubacti dominum negarēt · Iāq;
ſententia coronatos exultās qua
ſi ipſe viciſſet vſq; ad locum feli
cis ſāguinis ꝓſequebat̄ · Quāob
rē motus iudex āthony ſociorūq;
eius inſtantia precepit nulluꝫ pe
nitus monachorum aut iudiciuꝫ
obſeruare aut in vrbe verſari ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Et ceteris quidē omnibus in illā
die placuit abſcondi · anthonius
aūt impauidus pſecutoris neglē
cto imperio lauit ependicem ſuū ·
et alio die ſtans in quodam emi
nēti loco procedentē iudicez ſuo
ꝓuocabat aſpectu · cupiditate fla
grans martirij · intantum vt con
triſtaretur · quia volenti pati pro
nomine chriſti martirium non da
batur. Sed dominꝰ qui ſuo gregi
pabat magiſtrū ſuauit āthoniū ·
vt inſtitutio monachoꝝ non ſolū
oratione eius · ſed et conſpectibus
firmaretur ¶ Poſtq̄ autez per
ſecucoīs turbo defluxerat ad pſti
num monaſterium regreſſus cot
tidianum fidei ac cōſcientie marti
rium mēbatur · acrioribꝰ ſe ieiu
nijs vigilijs q̄ʒ conficiēs · veſtimē
to intrīſecꝰ cilicio de ſuper pellicio
vtebatur · nunq̄ aut ira ſubita cō
citatus pacientiā rupit · aut hūili
tatem erexit in gloriā · Talis etiā
gratia in eiꝰ vultu fulgebat · vt ſi
quis euz incognituz inter multitu
dinē monachoꝝ videȓ deſideraſſz
nullo īdicāte ex facie ↄgnoſcēt ·
et aīe puritatem agnoſceret ex
vultu · Naz ſemꝑ hylarem faciem
gerens liquido oſtendebat ſe con
tinue de celeſtibus cogitare ¶
Per idem fere tempꝰ dux quidā
egipti ārianꝰ noīe balachiꝰ cū ita
eccleſiam infeſtaret vt virgines
et monachos nudatos publice
verberaret. ſic ei ſcripſit anthoni
us. video iram dei ſuper te venie
tem · Jam deſine perſequi criſtiā
nos · ne ira dī te occupet que ꝓri
mum tibi minatur interitum · In
felix ille epiſtolam legit et riſit

et in eam expuens ad terraz ꝓiē
iecit · ac portitorem verberibus
multis afficiens anthonio talia re
mandauit · Quoniam tibi eſt cura
de monachis · ad te quoq̄ʒ veniet
noſtri diſciplina rigoris · Poſt qn̄
q̄ʒ autem dies equum ſuum man
ſuetiſſimum inſidens morſu ipſiꝰ
equi ad terrā proicitur · corroſis
q̄ʒ cruribꝰ intra biduū expirauit
¶ Morte inſtāte vocatis duobꝰ
fratribus ait · Ego quidem filioli
vniuerſoꝝ patrū viā ingredior ·
iā eni me dn̄s mutat · iam cupio
videre celeſtia · Sed vos o viſcera
mea ammoueo ne tanti temporis
laborem repente ꝑdatis · Hodie
vos religioſū ſtudium arripuiſſe
arbitramī · et cepte voluntatis
fortitudo ſuccreſcat · Varias de
monū noſtis inſidias · vidiſtis eo
rū et impetus feroces et vires effe
minatas Jheſuz ſuſpirate · credu
litatem nomīs eius veſtris figite
mentibꝰ · et a certa fide vniuerſi
demones fugabūtur Memētote
etiam āmonitionum mearum · et
incerte cōdicionis vitā ancipitē
cotidie tractate · et celeſte vobis
p̄mium ſine cūctamine tribuetur
Meū circa hereticos odium ſecta
mi · q2 inimici ſunt xp̄i Scitis eni
q̄ nullus michi nec pacificus qui
dem ſermo cū ipſis fuit · propter
prauam coꝝ voluntatē et ꝑtinax
cōtra xp̄m bellum · In hoc autez
magis eſtote ſolliciti vt domini
mandata ſeruetis · vt poſt mortē
ſacti quiq̄ʒ quaſi amicos et notos
in eterna tabernacula recipiant
vos · Illd quoq̄ʒ ſemis veſtri cuſto
dite mādatum · vt nemo preter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

veſtram dilectionem locuz tumuli nouerit. Cōfido ī domino quia reſurrectionis tēpore hoc corpuſculum neceſſario reſiliet incorruptum. Veſtimentorum autem meorum ſit iſta diuiſio. Pallium tritum cui ſuper a deo athanaſio epiſcopo date quod ipſe michi nouum detulerat. Serapion epiſcopus aliam accipiat melotem. Vos cilicinum habetote veſtimētum. Et valete viſcera mea. Anthoniꝰ eñ iam migrat et non erit in preſenti ſeculo vltra vobiſcum. Verba finierat et oſculantibus ſe diſcipulis extēdēs paululū pedes mortē letꝰ aſpexit. ita vt ex hylaritate vultus eiꝰ ſanctoꝝ angelorum qui ad ꝓferendaz animam eiꝰ deſcēderant p̄ſentia noſceret̄. Hos intueñs tāquaz amicos videret animā exalauit et additus ē patribꝰ ſcd̄m ordinē ſcripturarum Homo dei anthoniꝰ a puericia vſqꝫ ad ſenectam nec languori nec lōge etati aliquādo ceſſit. magis autez eq̄litatē ꝓpoſiti. nec veſtimentū mutauit. nec pedes lauit. nec eſcam ſectatus ē molliorez. hec athanaſius ¶ Quieuit autez anno vite ſue centeſimoq̄nto. Circa annos domini trecentos quadraginta.

¶ De ſancta Priſca reqre in fine

¶ De nomine.

Fabianus dicitur quaſi fabricans beatitudinē ſupnā id eſt eam ſibi acquirēs triplicit̄ ſcilicet iure adopcōnis. emptiōis et iure debellationis.

¶ De ſancto Fabiano martire .i. Hyſtoria. xxi

Fabianus ciuis romanus fuit. et cuz papa defuncto pro alio eligēdo populus cōueniſſet inter eos et ipſe venit rei exitum ſcire volens Et ecce columba cādida deſcendit ſuper caput eius Quod cum omnes mirarētur. ab eis in papaz eligitur Hic vt ait damaſus papa per omnes regiones ſex dyacones miſit. et eiſdem ſex ſubdyacones tradidit qui omnium geſta martirum collegerunt Hic etiam vt ait haymo imperatori philippo volenti intereſſe paſce vigilijs. et cōmunicare miſterijs reſtitit. nec quouſqꝫ peccata confiteretur et inter penitentes ſtaret intereſſe permiſit Hic etiam criſma conſtituit Tandem circa annum domini ducenteſimum quiquageſimum tercium videlicet pontificatus ſui anno decimo tercio iuſſu decij capitis obtruucatione martirio coronatur

¶ De Nominis interpretatione.

Sebaſtianus dictus eſt a ſequēs et beatitudo. et aſtī quod eſt ciuitas. et ana quod eſt ſurſum. quaſi ſequēs beatitudinē ciuitatis ſuperne. hoc eſt eam poſſidens et requirēs et acqrēs et hoc quintuplici denario ſcd̄m auguſtinum ſcilicet paupertate regnum. dolore gaudiuz. labore requiem. ignominia gloriaz morte vitam. Vel dicitur ſebaſtianus ab aſto. naz miles chriſtꝰ. equus eccleſia. baſtum ſiue ſella ſebaſtianus fuit. quo mediante chriſtus in eccleſia militauit et de

multis martiribus victoriam ob
timuit· Vl ſebaſtianus interpre
tatur vallatus vel circuiēs ·valla
tus· quia ſagittis tanq̄ ericius
circūdatus fuit· Circuiens quia ō
nes martires circuibat· et ōnes
confortabat·

De ſancto ſebaſtiano martire·

¶ Hyſtoria·xxij·

SEbaſtian9 vir chriſtianiſſi
mus fuit narbonēſ gene
re·ciuis mediolanenſis
dyocleciano ⁊ maximiano impa
toribus adeo carus erat· vt pñci
patū prime cohortis ei traderēt·
et ſuo aſpectui iuberent ſemper
aſtare· Hic militarem clamidem
ad hoc tantum ferebat vt chriſti
anorum animos quos in tormen
tis videbat deficere cōfortaret·
Dum autē preclariſſimi viri mar
cellian9 ⁊ marcus gemini fratres
pro chriſti fide decollari deberēt·
ad eos parentes adueniunt vt ipo
rum aīmos a ſuo ꝓpoſito āuo carēt·
Adueīt igiẗ mater eorū et ſoluto
capite ſciſſiſq; veſtib9 vberibuſq;
oſtēſis aiebat O preedulces filij cir
cūdat me iau dira miſeria et into
lerabilis luct9 Heu me miſerā a
mitto filios meos ad mortē vltro
tēdētes· Quos ſi hoſtes auferrēt
michi p media ſequerer bella rap
tores· Si violenta iudicia conclu
derent carcerem irrūpem moritu
ra Nouum hoc pereūdi genus eſt
in quo carnifex rogaẗ vt feriat·
vita optatur vt pereat· mors inui
tatur vt veniat Nouus hic luctus
noua miſeria· in q̄ natorū iuuēt9
ſponte admittiẗ· et parētū miſerā
da cogiẗ ſenectus vt viuat Hoc
dicēte matre· pr̄ ſenior adducitẗ
maīb9 ſeruulorū· ⁊ capite aſper
ſo puluere· voces h9modi dabat
ad celum· Ad mortem vltro profi
ciſcētib9 filijs valedictur9 aduenī·
q8 mee ſepulture parauerā· in
filiorum ſepulturas infelix expen
daz· O filij mee baculum ſenectu
tis ⁊ geminum meorum viſcerum
lumen· cur ſic mortem diligitis?
Venite huc iuuenes et flete ſuper
iuuenes ſponte pereuntes· Veni
te ſenes huc· et mecū ſuper filios
plangite Huc accedant patres·
et prohibeant ne talia patiantur
deficite plorando oculi mei· ne vi
deaz filios meos gladio cedi Hec
dicente patre· adueniunt coniu
ges· aſpectibus eorum proprios
filios offerētes· atq; eiulādo cla
mantes Quibus nos dimittitis?
Qui erūt horū infātiū dn̄i? Quis
veſtras largas diuidet poſſeſſiōes
Heu q̄ ferrea pectora· quia parē
tes deſpicitis· amicos reſpuitis
vxores abicitis· filios abdicatis·
et vos carnifices ſpontaneos ex
hibetis· Inter hec ceperunt corda
virorum molleſcere· Tūc ſanct9
ſebaſtianus qui ibi aderat erum
pens in mediuz dixit· O fortiſſimi
milites chriſti· nolite per miſera
blandimenta coronam deponere
ſempiternam· Sed et parentib9
dixit· Nolite timere nō ſeparabū
tur a vobis· ſed vadunt parare vob̄
ſydereas māſiones· Naz ab initio
mundi· hec vita credētes in ſe fe
fellit· ſe expectātes decepit · de ſe
preſumentes irriſit · ⁊ ita nulluz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ommino certum reddidit. vt om
nibus probetur esse mentita. Vi
ta hec ãmonet furem vt rapiat.
iracundum vt seuiat. mendacez
vt fallat Ipsa imperat crimina.
iubz facinora. suadet iniusta. Hec
autez persecucõ quã hic patimur
hodie excandescit. et cras euanes
cit. hodie exardescit. et cras refri
gescit Sub vna hora inducitur et
sub vna hora excluditur Dolor ãt
etern9 renouatur vt seuiat. aug
metatur vt exurat. inflammatur
vt puniat In amorem ergo mar
tirū. nostros iam suscitemus af
fectus Ibi enim dyabolus se vin
cere existimat. qui dū capit cap
tus est. dum tenet victus ē. dum
torquet torquetur. dum vigilat
occisus est. dum insultat irrisus ē
¶ Cuz autem sebastianus hec et
hijs similia predicaret. zoe vxor
nichostrati in cuius domo sancti
custodiebantur. que loquelam a
miserat pedibus eius prouoluta
nutibus veniam postulabat Tūc
beatus sebastianus ait Si ego ser
uus cristi sum. et si vera sunt om
nia que ex ore meo hec mulier au
diuit et credidit aperiat os eius
qui aperuit os zacharie ꝓphete
domini Ad hanc vocez mulier ex
clamauit Benedict9 sermo oris tu
i et benedicti qui credūt omnib9
que locutus es. Vidi enim ange
lum librum ante te tenentē vbi
omnia que dixisti scripta erant.
Vir autem eius hec audiens. pro
cidit ad pedes sancti9 sebastiani.
sibi postulans indulgeri. Statiq3
absoluens martires rogabat vt
liberi abirent. Qui dixerunt nul

laten9 se deserturos victoriā quā
cepissent. Tantam igitur gratiaz
et virtutem sancto sebastiano do
minus contulerat ꝙ non solum
marcellianum et marcum in mar
tirū constantia roborauit. sed etī
am patrem eorum nomine tran
quillinū et matrem cum multis a
lijs ad fidem conuertit. Quos om
nes policarp9 presbiter baptiza
uit. Tranquillinus autem mor
bo grauissimo laborans. mox vt
baptizatus est sanitatem recepit
Prefect9 autem vrbis rome qui
etiā morbo grauissimo laborabat
rogauit tranquillinum vt eū ad
se adduceret. qui sibi sanitatem
dederat. Cum ergo ad eum venis
sent policarp9 presbiter et sebas
tianus. et ipse eos rogaret vt sa
nitatem reciperet. Dixit ei sebas
tian9. vt prius ydola abnegaret
et confringendi ea sibi potestatē
traderet et sic sanitatem reciperet
Cui cum cromatius prefectus di
ceret. ꝙ serui sui hoc facerent. et
non ipse. Dixit sebastianus. Ti
midi deos suos confringere formi
darent. Sed et si dyabolus hac oc
casione eos lederet dicerent infi
deles ob hoc lesos esse ꝙ deos con
fringerent. Sicq3 policarpus et
sebastianus accincti plusq̄ cc. ice
ta ydola cōfregerunt. Post hoc
autem dixerunt cromatio. Cum
nobis ydola confringentibus sa
nitatem recipere debuisti et non
recepisti certum est ꝙ aut infideli
tatem nōdum abiecisti. aut aliq̄
ydola reseruasti. Tunc indicauit
se habere thalamū i quo erat ab
scōdita omnis disciplina stellarū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Pro quo pater ſuus pluſq̄ ducē
ta pondera auri expenderat · et p
que futura oīa ꝓuidebat · Cui ſe
baſtian⁹ . Quā diu hoc integrum
habueris · teipm̄ integrū nō habe
bis · Cūq; ad hoc ille aſſentiret · ty
burti⁹ filius ei⁹ iuueīs egregius
dixit · Nō patiar hoc op⁹ deſtrui
tā preclarū · ſed ne paterne ſani
tati videar eē ɔtrari⁹ · duo cliba
ni accēdant vt ſi deſtructo opere
pater me⁹ ſanitatē nō recepit ·
ambo viui ɔcrement Cui ſebaſti
an⁹ Sic fiat vt locut⁹ es · vt ſi qd
cōtrarietatis dicto cōꝓbatum in
facto fuerit · mox p tuā datā ſen
tentiā nos viuos concremetis ·
vtiq; ſaītatē prefectum a dn̄o ac
cepturū nō dubitātes · Duz autē
illud ɔfringeret angel⁹ prefecto
apparuit et ſibi a dn̄o ihesu ſanita
tem redditam nunciauit · ſtatim
q; ſanus effectus cucurrit poſt eū
vt eius pedes oſcularet Qui euz
prohibuit ex eo q baptiſmū non
dū recepērat Sicq; ipe · et tiburti⁹
fili⁹ ei⁹ · mille et quadringēti de e⁹
familia baptiſati ſūt ¶ Zoe autē
vxor ei⁹ ab infidelibus tenta diu
cruciata · emiſit ſpiritū . Quod cū
audiſſet tranquillinus ꝓrupit et
dixit · Feīe nos ad coronā p̄cedūt
vt qd viuim⁹ ? Ipe āt p⁹ paucos
dies lapidat⁹ eſt · Sanct⁹ aūt ty
burti⁹ ſup prunas allatas incedē
iubetur · aut incenſū dn̄s īponere
aut ſup ipas nudis plantis incede
re · Qui ſibi ſignū crucis faciēs ·
cōſtāter ſup ipſas nudis ingreſſ⁹
eſt plantis dicēs · Videt michi q
ſup roſeos flores incedam in noīe
dn̄i noſtri ihesu xpi · Cui fabian⁹

p̄fectus dixit · Quis ignorauit ma
gicam artez chriſtū vos docuiſſe ?
Cui tyburti⁹ · Obmutesce īfelix ·
quia nō es dign⁹ nomē taz ſactū
et tam melliffluum noīare · Tunc
iratus prefect⁹ iuſſit eū decollāi ·
Marcellian⁹ aūt et marcus ſtipiti
affigunt · Cūq; fuiſſēt affixi pſallē
tes dicebāt · Ecce q̄ bonū et q̄ io
cūdū ꝛc̄ . Quib⁹ prefect⁹ Infeli
ces deponite amētiā et voſipſos li
berate Cui illi · Nunq̄ tam bene
epulati ſum⁹ Vtinaz tam diu ſic
nos eē pmittas · q̄ diu hoc corpo
ris tegimur indumēto · Tūc pre
fect⁹ iuſſit eos lanceis per latera
tranſuerberari et ſic martiriū cō
ſūmauerūt · ¶ Poſt hec p̄fectus
dyocleciano impatori de ſebaſtia
no ſuggeſſit quē ad ſe vocās dix
it · Ego te inter p̄mos in palatio
meo ſem p habui et tu contra ſalu
tē meaz et deorū iniuriā hacten⁹
latuiſti · Cui ſebaſtian⁹ Pro ſalu
te tua chriſtuz ſemp colui · et pro
ſtatu romani imperij deū qui ī cel
eſt ſemp adoraui · Tunc dyocleci
an⁹ iuſſit euz in mediū campum
ligari · et a militibus ſagittari ·
Qui ita eum ſagittis impleuerūt
vt quaſi ericius videret · Et exiſti
mantes eum mortuū abierunt ·
Qui intra paucos dies liberatus
ſtans ſuper gradum palacij · im
peratores venientes de malis que
chriſtianis inferebant durē redar
guit · Dixerūtq; imperatores · Iſte
ne ē ſebaſtianus quē diu ſagittis
interfici iuſſeramus ? Quibus ſe
baſtianus · Ad hoc me dominus
reſuſcitare dignatus eſt · vt con
ueniaz vos · et redarguā de malis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

De S. Agnete Virg. et M.
21 Januarij

veſtris que criſti famulis itroga
tis. Tunc imperator taꝫ diu eum
fuſtigari iuſſit. donec ſpiritu ex
alaret. Fecitqꝫ corp9 eius in cloa
cam proici. ne a chriſtianis pro
martire coleretur Sanctus autē
ſebaſtianus ſequenti nocte lucine
apparuit. et corp9 eius ſibi oſtē
dit. et iuxta veſtigia apl'orū vt id
ſepeliret precepit Qd et factū eſt
Paſſus eſt autem ſub dyocleciа
no et maximiano qui ceperūt reg
nare circa ānos dñi ducentos oc
tuagita ſeptē ¶ Refert gregori9
i primo libro dyalogoꝝ. ꝙ que
dā mulier i tuſcia nup nupta cū
ad dedicationem eccleſie ſancti ſe
baſtiani ab alijs iuitata eēt. i ipā
nocte qua ſequēti die ire debebat
carnis voluptate ſtimulata a vi
ro ſuo ſe abſtinē non potuit. Fac
to autē mane. magis erubeſcēs
vultum hominum ꝙ dei illuc pro
fecta ē. Mox autem. vt oratoriuꝫ
vbi erāt reliquie ſācti ſebaſtiani
ingreſſa eſt. dyabol9 eā arripuit
et corā ōmib9 vexare cepit. Tūc
preſbiter illius eccleſie. arripiēs
altaris pallium inde eam operuit.
ſed dyabolus ipſum preſbiterum
ſtatī inuaſit. duxerūt autē eā ami
ci ſui ad incātatores. vt incātati
onibus ſuis dyabolum effugarēt
Sed mox dum incantaretur iudi
cio dei legio demonum id ē ſex mi
lia ſexcēti ſexagita ſex i eaꝫ igreſ
ſi ipſam acrius vexare ceperūt.
Quidā autēꝫ vir noīe fortunat9
ſāctitate cōſpicu9. ſuis precibus
eam ſanauit ¶ Legitur enim in
geſtis longobardoꝝ. ꝙ tempore
gubti regis. tota ytalia tāta peſ
te percuſſa eſt. vt vix vnus alte
rum ſepelire ſufficeret. Et hec peſ
tis rome maxime ac papie graſ
ſabatur Tunc viſibiliter bon9 ā
gel9 multis apparuit. malo ange
lo ſequenti et venabulū ferenti p̄
cipiēs. vt percuteret ac occīderet. Quotiēs autē aliquā domū
percuciebat tot inde mortui efferē
bantur. Tunc cuidam diuinitus
reuelatum eſt. ꝙ nequaꝙ̄ hec peſ
tis ceſſaret donec ſancto ſebaſtia
no altare papie conſtrueret Qd
quidem cōſtructum ē in eccleſia
ſancti petri que dicitur ad vincu
la Quo facto. ſtatim illa ceſſauit
quaſſatio. et illuc a roma reliquie
ſancti ſebaſtiani ſūt delate ¶ Am
broſi9 in prefatione ſic ait. Be
atimartiris ſebaſtiani ꝑ cōfeſſio
ne nominis tui domine venerabi
lis ſāguis effuſus. ſimul et tua mi
rabilia manifeſtat. ꝙ pficis in in
firmitate virtuteꝫ. et noſtris ſtu
dijs dat pfectū. et ifirmis apud
te preſtat auxilium.

Paſſio ſāctiſſime agnetis v̄ginis
edita a beato ambroſio epiſcopo
¶ Hiſtoria. xxiij.

Dies eſt criſti ābroſi9 Vir
ginib9 ſacris diem feſtū
ſacratiſſime virginis cele
bremus. Hinc pſalmi reſonent.
inde concrepent lectiones. hinc
populorum turbe letentur. inde
ſuſtētentur pauperes criſti. Om
nes ergo gratulemur domino: et
ad edificationem virginum qua
lit paſſa ſit agnes beatiſſima ad
memoriam reuocem9. ¶ Tercio

decimo etatis ſue āno mortē poſ
dit et vitā īuenit· qꝛ ſoluꝫ vite di
lexit auctorem. Infantia quidem
computabatur in ānis · ſed erat
ſenectus mentis immenſa Corpo
re quidem iuuencula · ſed animo
cana. Pulchra facie ſed pulchri
or fide Dum a ſcolis reuertitur a
prefecti vrbis filio adamatur ·
Cuius parentes dum requiſiſſꝫ
et inueniſſet. cepit offerre pluri
ma· et plura promittere Demqꝫ
detulerat ſecum precioſiſſima or
namenta que a beata virgine ve
lut quedam ſtercora ſunt recuſa
ta· Vnde factum eſt vt iuuenis
maiori purgeretur amoris ſtimu
lo· Et putans eam meliora velle
accipere ornamenta omniuꝫ lapi
dum precioſorum ſecum detulit
gloriam· et per ſeipſum ⁊ amicos
et notos et affines cepit aures vͦ
ginis cōpellare · diuicias domos
poſſeſſiones familias atqꝫ omnes
huius mundi diuicias promitte
re· ſi cōſenſum ſuum eius coniu
gio non negarꝫ Ad hec agnes be
atiſſima tale fertur iuueni dediſſe
reſpōſum Diſcede a me fomes pec
cati · nutrimentum facinoris· pa
bulum mortis Diſcede a me· quia
iam ab alio amatore preuenta ſū
q̄ michi ſatis meliora te obtulit
ornamenta· et anulo fidei ſue ſub
arrauit me· lōge te nobilior· et
genere · ⁊ dignitate Ornauit me
ineſtimabili dextro cherio· Dexte
ram meam ⁊ collum meum cinx
it lapidibus precioſis· Tradidit
auribꝰ meis in eſtimabiles mar
garitas · ⁊ circūdedit me vͦnantī
bus atqꝫ choruſcantibꝰ gemmis

Poſuit ſignum in faciem meaꝫ ·
ut nullum alium preter ipſum a
matorē admittam. Induit me cy
clade auro texta· ⁊ immēſis moni
libus ornauit me· Oſtendit michi
theſauros īcomparabiles· quos
michi ſe daturū ſi ei pſeuerauero
repmiſit· Nō ergo potero ad cōtu
meliā prioris amatoris vl aſpicē ali
um · ⁊ illū dereliquere cū quo de
uicta ſum caritate Cuiꝰ generoſi
tas celſior· poſſibilitas fortior · aſ
pectꝰ pulchrior· amor ſuauior. et
omī gr̄a elegantior· A quo michi
iā thalamꝰ collocatꝰ ē· cuius mic
hi organa modulatis vocibꝰ can
tāt· Jam mel ⁊ lac ex eiꝰ ore ſuſce
pi · iā āplexibꝰ eiꝰ caſtis aſtricta
ſū · Jā corpꝰ eius corpi meo ſocia
tū eſt · ⁊ ſāguis eius ornauit ge
nas meas Cuiꝰ mater virgo eſt·
cuiꝰ pater feiam neſcit; cui āgeli
ſeruiūt· cuiꝰ pulchritudinē ſol et
luna mirātur · cuiꝰ odore reuiuiſ
cunt mortui· cuiꝰ tactu fouētur
īfirmi; cuiꝰ opes nūq̄ deficiūt· cu
ius qꝫ diuicie non decreſcūt · Ipſi
ſoli ſeruo fidē · ipſi me tota deuo
tione cōmitto · Quē cum amaue
ro caſta ſum · cū tetigero munda
ſum· cuꝫ accepero virgo ſuꝫ· Nec
deerūt poſt nupcias filij; ubi par
tus ſine dolore ſuccedit · ⁊ fecundi
tas cotidiana cumulatur· Audiēs
hec inſanus iuuenis amore corri
pitur ceco· ⁊ īter anguſtias aīmi
anhelo cruciabat̄ ſpiritu . Inter
hec lecto proſternit̄ · et per alta
ſuſpiria amor a medicis aperitur
Fiūt nota patri que fuerāt inuē
ta a medicis· Et eadem paterna
voce que fuerant iam dicta a filio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

De s. Agnete V. et M.
21 Janrij

ad virginis poſtiorem reuoluit
Abnegat agnes beatiſſima · et ſe
nullo pacto aſſerit prioris ſponſi
federa violare · Cumqꝫ pater di
ceret in faſtibus ſe prefecture a
gere · et idcirco nō ſibi quis etiā
illuſtriſſimum viruꝫ poſſe prefer
ri · cepit tamen vehemētiſſime in
quirere quis eēt ſpōſus · de cuiꝰ
ſe agnes poteſtate iactaret · Tūc
extitit quidā de paſitis eiꝰ · qui di
ceret hāc xpianā eſſe ab infātia ·
et magicis artibus ita occupatā ·
vt dicat criſtū ſpōſū ſuū eē Audi
ēs hec prefectus letus efficitur ·
et miſſa apparitione cū ingēti ſtre
pitu eā ſuis tribunalibꝰ precepit
aſſiſti Et p̄mo quidē blandis eaꝫ
ſermonibꝰ ſecretius prouocat · dei
de terroribꝰ pulſat · Sed virgo xpī
nec blādimētis ſeducit̄ · nec terrore
cōcutitur · ſed eodē vultu · eodeꝫ a
nimo pſeuerās · et terrētē ſimili
ter vt blādiētē animo deridebat ·
Vidēs itaqꝫ ſimphroīꝰ p̄fectꝰ tā
tā in puella cōſtātiā · pētes eius
alloquit̄ · Et quia erant nobiles · et
vim eis inferre non poterat · titu
lū ei xpianitatis oppoſuit · Sequē
ti nāqꝫ die agnē ſibi p̄ſētari iubꝫ ·
et iterū atqꝫ iteruꝫ repetēs repli
cāe cepit de iuuenis amore ſermo
nē Cūqꝫ oīs ſermo eius caſſo labo
re deficeret · ſiſti eaꝫ iterū ſuis tri
bunalibus iuſſit · Cui et dixit Su
perſticio xpianoruꝫ de quorum te
magicis artibus iactas · niſi fuerit
a te ſegregata · nō poteris īſani
as abicere pectoris · neqꝫ equiſſi
mis concilijs prebere conſenſum
Vnde te ad venerandā deā veſtā
properare neceſſe eſt · vt ſi perſe
uerantia virginitatis placet · eiꝰ
die noctuqꝫ ſacrificijs reuerendis
inſiſtas Ad hec btā agnes dixit ·
Si filium tuū quis iniquo amore
vexatum · tamen viuentē hoīem
recuſaui · hoīem vtiqꝫ qui eſt rati
onis capax · qui et videre et audi
re et palpare et ābulare poteſt et
flore lucis huiꝰ cum bonis frui · ſi
ergo hūc cauſa amoris xpī nulla
poſſū ratiōe reſpicere · quō poſſū
ydola muta et ſurda et ſine ſenſu
et ſine aīa colere · et ad iniuriam
ſummi dei ceruicem meaꝫ vanis
lapidibus inclinare? Audiēs hec
prefectus ſimphroniꝰ dixit Cupi
o conſultū infantie tue · et adhuc
te deos blaſphemāteꝫ idcirco diſ
fero · quia ānos tuos infra ſēſum
aſpicio · Noli ergo temetipāꝫ ita
deſpicere · vt motus deorū incur
ras · Btā agnes dixit Noli infan
tiā corporalē in me ita deſpicere ·
vt putes me te velle habere propici
ū · fides em̄ nō in ānis ſed in ſenſi
bus inuenit̄ · et deꝰ oīpotēs mētes
magis comprobat quaꝫ etates ·
Deos aūt tuos quorū motus me i
currere non vis ipſos iraſci pmit
te · ipi loquantur · ipſi hoc michi
precipiāt · ipſi iubeant ſe coli · ipi
ſe iubeāt adorari · Verum qm̄ ad
hoc video te tendere qd impetrare
non poteris · quicqd tibi videtur
exerce · Symphroniꝰ p̄fectꝰ dix
it Vnū tibi e duobꝰ elige · aut cū
virginibꝰ dee veſte ſacrifica · aut
cū meretricibus ſcortaberis in cō
tubernio lupanari · Et lōge a te
erunt xpiani · qui te ita magicis
artibus imbuerūt · vt hanc cala
mitatē intrepido animo te poſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

perferre cōfiɗas · Vnde vt dixi
aut ſacrifica dee veſte ad laudem
generis tui · aut ad ignominiam
natalium tuorū eris publice abiec
tionis ſcortum · Tūc beata agnes
cum ingenti conſtantia dixit · Si
ſcires quis eſt deus meus · non iſ
ta ex ore tuo proferres · Vnde e
go quia noui virtutem dn̄i mei
ihe̅ſu xp̄i · ſecura contēpno minas
tuas credens ꝙ neqꝫ ſacrificem y
dolis tuis · neqꝫ polluar ſordibus
alienis · Mecū em̄ habeo cuſtodē
corporis mei angelū domini Nam
vnigenitus filius dei quem igno
ras murꝰ eſt michi īpenetrabil̕ ·
et cuſtos michi eſt nūꝙ̄ dormiēs
et defenſor eſt mihi nūꝙ̄ deficiēs
Dy autem tui aut erei ſūt ex qui
bus pecunie melius ſūt ad vſus
hominum · aut lapidei ex quibus
ſternuntur platee · Diuinitas er
go non in lapidibus vanis habi
tat ſed celis · Nō in ere aut aliquo
metallo · ſed in regno ſuperno cō
ſiſtit · Tu autem et ſimiles tui ni
ſi ab iſtorum cultu receſſeritis · ſi
mul vos pene concludent · Sicut
em̄ illi igne conflati ſūt vt funderē
tur · ſic colentes eos perpetuo in
cendio cōflabuntur · non vt ſun
dantur ſed vt cōfūdant̄ in eternū
et pereant · Ad hec inſanus iudex
iuſſit eam expoliari · et nudaꝫ ad
lupanar duci ſub voce precōis di
centis · Agnam ſacrilegam virgi
nem · dijs blaſphemiam inferētē
ſcortum lupanaribus datam · Sta
tim aūt vt expoliata eſt · crine re
ſoluto tantā dēſitatem capillis eiꝰ
gratia diuina cōceſſit · vt melius
videretur fimbrijs eorum ꝙ̄ veſti

bus tecta · Ingreſſa autē turpitu
dinis locum · angelū domini ita ꝑ
paratum inuenit · vt circūdaret
eam immenſo lumine · ita vt nullꝰ
poſſet eam pre ſplendore inſpice
re · Fulgebat enim tota cellula il
la quaſi radians ſol in virtute ſua
et quanto quis curioſi⁹ oculis eſ
ſe voluiſſet · tanto ſibi viſus acies
obtūdebat. Cumqꝫ ſe in oratiōē
domino proſtrauiſſet · apparuit
ante oculos eius ſtola candidiſſi
ma · et apprehendens eam induit
ſe et dixit · Gratias tibi ago do
mine iheſu criſte · qui me in nume
ro ācillarū tuarū cōputans · veſtē
hanc michi largiri precepiſti · Ita
nāqꝫ ad mēſurā corpuſculi eiꝰ ap
tum erat indumentum · et ita ni
mio cādore cōſpicuū · vt nullꝰ du
bitaret hoc angelicis manibus ꝑ
paratū Interea lupanar efficitur
locus oratiōis et in quo oīs qui fu
iſſet ingreſſus adoraret ⁊ venerarē
tur · ⁊ datis honorē immenſo lumi
ni · mūdior egrederetur foras · ꝙ̄
fuerat intus ingreſſus ¶ Cumqꝫ
hec agerētur prefecti filius q̄ auc
tor erat huius ſceleris · venit ad
locum cum ſuis ſodalibus inſulta
turus puelle · cum quibus libidīs
ſue ſe poſſe credebat ludibrium ex
ercere · Et ingreſſos ante ſe furē
tes pueros et turpiter ſeuientes
cum omni veneratione et ingen
ti admiratione egreſſos cepit im
potentes arguere · atqꝫ vanos
et molles ac miſeros iudicare · Et
irridēs · locum ī quo virgo orabat
audacter ingreſſus eſt · Et vidēs
tantum lumen circa eā non dedit
honorem deo · ſed irruēs in ipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

l

De S. Agnete V. et M.
21. Junij

lumē · priuſq̄ꝫ vel manu ſua eam
contingeret · in faciē ſuā cecidit ·
et prefocatus a dyabolo exſpira
uit Videtes autē ſocij eius ꝙ mo
ras intus faceret · putabant ob
ſcenis eum operibꝰ occupari Et
ingreſſus eſt vnus ex iuuenibꝰ
qui ei familiarioꝛ erat · vt cōgra
tularetur īſultationi eius · ⁊ moꝛ
tuum eum inueniens exclamauit
voce magna dicēs Pijſſimi roma
ni ſuccurrite Magicis artibꝰ iſta
meretrix prefecti filium interfe
cit · Fit repente concurſus popu
loꝛum ad theatrum · ⁊ varia fuerē
tis populi acclamatio · Alij dice
bant magam · alij innocentē · a
lij ſacrilegā conclamabant · Pre
fectus autē audiēs filiū ſuum in
teriſſe · cum ingēti tumultu venit
ad theatrum · Et ingreſſus locū i
quo coꝛpus filij ſui iacebat exani
me · cū ingenti clamoꝛe dicebat ·
Crudeliſſima omniū feminarū ·
ad filiū meum voluiſti apodixen
tue artis magice demōſtrare? Et
cū talia atqꝫ huiꝰmodi verba re
peteret · ⁊ cauſā moꝛtis ab ea ve
hemēter īquireret · ait ad eum be
atiſſima agnes · Ille cuiꝰ volūta
tē volebat pficere · ipſe in eum ac
cepit poteſtatē · Quare autē om
nes q̄ ad me īgreſſi ſūt ſani ſūt?
Quia vniuerſi dederunt honoꝛem
deo · qui miſit āgelū ſuum et īdu
it me hoc īdumēto miſericoꝛdie · ⁊
cuſtodiuit coꝛpus meū quod ab
ipſis cunabilis criſto conſecratū
eſt et oblatū Videntes ergo ſplē
doꝛem angelicum adoꝛabant om
nes · et abſcedebant illeſi Hic au
tem impudēs ſtatim vt ingreſſꝰ
eſt · ſeuire cepit et fremere · Cūqꝫ
manum ſuam ad me contingēdū
aptaret · dedit eum angelꝰ domi
ni in reprobam quam conſpicis
moꝛtē · Dixit ei prefectus · In hoc
apparebit quia non magicis arti
bus iſta geſſiſti · ſi deprecata fue
ris ipſum angelum . vt reſtituat
michi filium meum ſanum · Cui
beata agnes dixit · Licet fides veſ
tra hoc impetrare non mereatur
a domino · tamē qꝛ tēpus eſt vt
ꝟtus dn̄i mei iheſu xp̄i manifeſte
ē egredimini oēs vt ſolitā ei orati
onē offerā · Cūqꝫ vniuerſi fuiſſēt
egreſſi · proſternēs ſe in faciem
planam · rogare cepit dn̄m vt iu
uenem ſuſcitaret · Orante autem
illa apparuit āgelus domini · qui
eleuauit eam flentem · et confor
tās animū eius iuuenem ſuſcita
uit Qui egreſſus foras · cepit cla
mare publice et dicere Vnꝰ deꝰ
in celo et in terra et in mari · qui
eſt deꝰ xp̄ianoꝝ Nam omnia tem
pla vana ſūt · et dij qui coluntur
oēs vani ſūt · et penitus nec ſibi
poſſūt nec alijs aliqd̄ auxiliū ex
hibere Ad hāc vocē omēs aruſpi
ces et tēploꝝ pōtifices conturba
bāt · et ſit per eos vehemētioꝛ ꝙ
fuerat ſedicio ppl̄oꝛū · atqꝫ ōnes
vna voce clamabāt · Tolle magā
tolle maleficā · que et mētes mu
tat et animos alienat . Prefectꝰ
autem videns tanta mirabilia ob
ſtupuit · Sed veritus proſcriptio
nem ſi contra templorum ponti
fices ageret · et agnem cōtra ſuā
ſententiam defenſaret · vicarium
ad ſeditionem ppl̄i iudice dereliqt
Ipſe autē triſtis abſceſſit · ꝙ eā

g iij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

non potuit poſt reſurrectionem
filij ſui liberare. ¶ Tunc vicarius
aſpaſiꝰ nomine iuſſit in cõſpectu
omnium ignem copioſum accen
di. et in medio eam precepit iac
tari flammarũ. Quod cũ fuiſſet ĩ
pletum ſtatim in duas partes di
uiſe ſunt flãme. et hinc atq; illic
ſediciosos populos exurebant. ip
ſã aũt penitus in nullo continge
bat incendium. Eo magis nõ hec
virtutibus diuinis ſ; maleficijs re
putantes. dabant fremitus inter
ſe populi et infinitos clamores ad
celum. Tunc beata agnes expã
dens manus ſuas et in medio ig
nis. hijs verbis orationem fudit
ad dominum. Omnipotẽs adorã
de colẽde tremẽde pater domini
noſtri ihũ xp̃i benedico te. quia p
filiũ tuũ vnigenitum euaſi minas
hoĩm impiorꝝ. et ſpurcicias dyabo
li ĩpolluto calle tranſiui. Ecce et
nunc per ſpiritum ſanctum rore
celeſti perfuſa focus iuxta me mo
ritur. flamma diuiditur et ardor
incendijs huius ad eos a quibus
in me miniſtratur effunditur. Be
nedico te pater predicande. qui
etiam inter flammas intrepidaꝫ
me ad te venire permittis. Ecce
iam quod credidi video; qd ſpera
ui iam teneo. qd cõcupiui cõplec
tor. Te cõfiteor labijs et corde. te
totis viſceribus concupiſco. Ecce
ad te venio viuũ et verũ deũ. qui
cũ dñ̃o noſtro ihesu xp̃o filio tuo
et cũ ſpũ ſãcto viuis et regnas ĩ
cũcta ſcl'a ſeculorꝝ amẽ. Cũq; com
pleſſet orationẽ. ita omnis ignis
extinctꝰ ẽ. vt nec tepor quidẽ incẽ
dij remanerꝫ. Tũc aſpaſiꝰ vrbis

rome vicariꝰ. ppl'i ſeditionẽ non
ferens. in guttẽ eiꝰ gladiũ mergi
precepit. atq; hoc exitu roſeo ſui
ſãguinis rubore perfuſam. xp̃us
ſibi ſponſam et martireꝫ cõſecra
uit. Parẽtes vero eiꝰ nullaꝫ peni
tus triſticiã habẽtes. cũ oĩ gaudi
o abſtulerũt corpus eiꝰ. et poſue
rũt illud ĩ prediolo ſuo nõ longe
ab vrbe ĩ via q̃ dicit̃ numẽtana.
¶ Vbi cũ omis turba xp̃ianorꝫ
cõcurrerꝫ. ĩſidias a paganis ꝑpeſ
ſi ſũt. Et videtes populũ ĩfidelũ ſu
per ſe armatuꝫ venientẽ. oẽs fugie
rũt. Aliquãti tamẽ ictibꝰ lapidũꝫ
leſi euaſerũt. Emerẽtiana autem
que fuerat collectanea eius. vgo
ſanctiſſima licet cathecumĩa. con
ſtãter ĩtrepida ſtabat et ĩmobil'.
et hijs verbis exprobrabat eis.
Superflui miſeri caduci atq; atro
ciſſimi. deũ omnipotentem colen
tem occidiſtis. et pro defenſione
lapidum hoĩes innocentes iugu
laſtis. Hec et hijs ſimilia dum tur
bis furentibus diceret. lapidata
ẽ ab eis. et orãs iuxta ſepulchrũ
agnetis beatiſſime emiſit ſpiritũ.
Vnde non dubium eſt ꝙ in ſuo
ſanguine ſit baptiſata. que pro
defenſione iuſticie dum confite
tur dominum mortem conſtanter
accepit. Eadem deniq; hora ſit ter
remotus vehementiſſimus. et cũ
nimia eſſet ſerenitas. tante cho
ruſcationes. tantaq; fulgura et
tonitrua extiterũt. vt pars max
ima inſani populi expiraret. Vn
de factum eſt. vt nullus penitus
ex eo aduenientibus ad ſepulchra
ſanctorꝫ aliquas moleſtias exci
tarꝫ. Venientes aũt parẽtes beate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

De S. Agnete V. et M.
21 Januarij

agnetis cum ſacerdotibus nocte
abſtulerunt corp9 ſancte emerē
tiane virginis. et ſepelierūt illud
in cōfinio agelli beatiſſime virgi
nis agnetis. ¶ Igit̄ dum paren
tes beate agnetis aſſiduis pnoc
tationib9 vigilarēt ad tumulum
eius. vidēt in medio noctis ſilen
tio exercitū virginū. que omnes
auro textis cicladib9 indute cū i
genti lumine preteribant. Inter
quas vidēt beatiſſimā agnē ſimili
veſte fulgētē. et ad dexterā ei9 ag
nū niue candidiorē. Hec itaq3 dū vi
derent parētes eius et qui ſimul
erant. ſtuporē mentis incurrunt
Sed beata agnes rogat ſanctas
virgines parūper gradū figere.
Et ſtās parētib9 ſuis dixit. Vide
te ne mē quaſi mortuā lugeatis.
ſed congaudete michi et cōgratu
laim. quia cum hys omnib9 luci
das ſedes accepi. Et illi ſum iūc
ta in celis. quē3 in terris poſita
tota animi intentione dilexi. Et
hys dictis ptrāſiit. Hec āt viſio
publice ab omnib9 qui viderāt
publice vulgabat̄ Vnfactū ē. vt
poſt aliquātos ānos ad cōſtāciā3
cōſtantini filiam hoc factum ab
hys qui viderāt narraret̄ Erat e
nim ipſa conſtā cia regina virgo
prudētiſſima. ſed ita obſeſſa vul
nerib9. vt a capite vſq3 ad pedes
nulla mēbrorū ps libera remāſiſ
ſet Accepto autē cōſilio. ſpe recu
perāde ſalutis venit ad tumulum
martiris nocte. et licet pagana ta
mē credula animi intentione pre
ces fidelit̄ fundebat. Quod cū fa
ceret. repentina ſōpni ſuauitate
corripit̄ Et videt beatiſſimā agnē

per viſum talia ſibi monita prefe
rentem Cōſtanter age conſtanti
a. et crede dominū ihēſū criſtum
filiū dei eſſe ſaluatorē3 tuum. per
quem modo conſequeris omniū
vulnerum que in corpore tuo pa
teris ſanitatem. Ad hanc vocem
cōſtantia euigilat ſana. et ſic ſa
na vt nec veſtigium aut ſignum
in eius corpore alicuius vulneris
remaneret Reuerſa igitur ad pa
latiū ſaniſſima. facit gaudium et
patri ſuo auguſto et fratrib9 im
peratorib9 Coronatur ciuitas to
ta. ſit leticia militantib9 atq3 pri
uatis. et vniuerſis audientibus
hec. Infidelitas gentium confun
debatur. et fides dominica letaba
tur. Interea patrē et fratres au
guſtos rogat. vt baſilica beate
agneti cōſtrueret̄. et ſibi illic mau
ſoleu3 collocari precepit. Currit
hec opinio ad ōnes. et quotquot
credētes ad eius tumulum veniſ
ſet ſatiabātur. quacūq3 fuiſſent i
firmitate detēti. Quod facē xp̄m
nullus dubitat vſq3 in hodiernu3
diē ¶ Perſeuerauit aūt cōſtātia
auguſti filia in v̓ginitate. p quā
multe virgines et mediocres et
nobiles ſacra velamia ſuſceperūt
Et quia fides mortis dampna nō
patitur. vſq3 in hodiernum diem
multe virgines romane agnem
beatiſſimam quaſi in corpore ma
nentem attendunt. et eius exē
plo agentes viriliter iregre per
ſeuerant. credentes ſine dubio q̄
perſeuerantes perpetue victorie
palmam acquirant. Per ābroſi9

Vincentius quaſi vicia incen
dens. vel vincens incendia.
vel victoriam tenens. Ipſe enim
īcendit id eſt cōſumpſit vicia. per
carnis mortificationem. vicit icē
dia ſuppliciorum per conſtantem
perpeſſionem. victoriā tenuit mū
di per ipſius deſpectionem Vicit
enī tria que erāt in mūdo ſcꝫ fal
ſos errores. imūdos amores. mū
danos timorēs. quos vicit p ſa
iētiā. mūdiciā et cōſtātiā D e c ui
bꝰ| dicit auguſtinꝰ. vt cū ōibꝰ er
roribus et amoribus et timoribus
vincat hic mūdus ſanctoruꝫ mar
tiria docuerūt Eius paſſionē qui
dam beatum auguſtinū aſſerunt
cōpilaſſe. quam prudentius verſi
bus luculenter exſequitur.

De ſācto Vincentio martire.
¶ Hyſtoria. xxiiij.

Vincētiꝰ nobilis genere.
ſed fide ac religiōe nobili
or. beati valerij epi dya
conꝰ fuit Hic a pueritia lrāꝝ ſtu
dys traditus fuit. Supna ſibi ꝓ
uidēte clemētia gemina ſciā diua
ſcꝫ et hūana efficaciſſime claruit.
Cui epūs. quia expeditioris erat
lingue vices ſuas commiſerat. et
ipē orationi cōtēplationiqꝫ vaca
bat Juſſu igit̄ daciani pſidis valē
tiā trahūtur et diro carceri man
cipātur Cūqꝫ eos fame pene defe
ciſſe crederet eos ſuo aſpectui iuſ
ſit aſtare Quos cuꝫ ſanos cerne
ret. et gaudētes iratus in hāc vo
cē ꝓrupit Quid dicis tu valeri. q̄
ſub nomine religionis contra de
creta principū facis? Cū aūt bea
tus valerius lenius reſpōderet.
dixit ei vincētiꝰ Noli pat̄ venera
bilis quaſi mēte timidus ſubmur
murare. ſed libera voce exclama
Si ergo iubes pat̄ ſācte. reſpōſis
iudicē aggredior? Cui ille. Jā diu
dū fili kariſſime tibi loquendi cu
rā cōmiſerā. nūc ꝓ fide qua aſta
mus reſpōſa cōmitto. Tunc vi
centius conuerſus ad dacianum.
Hactenus inquit habitus ſermo
a te denegāda fide perorauit. ſed
nephariuꝫ apud criſtianorū pru
dentiam eſſe cognoſce deitatis cul
tum abnegando blaſphemare.
Tunc iratus dacianus epiſcopū
in exilium mitti precepit. Vincē
tium vero tamq̄ꝫ contumacem. et
preſumptuoſum iuuenem vt eiꝰ
exemplo alij terreātur in eculeo
diſtentuꝫ membris omnibus diſ
ſipari. Cūqꝫ corpore toto diſſipa
retur ait dacianus Dic michi vin
centi vbi nunc miſerum corpꝰ cō
ſpicis? Ac ille ſubridēs ait Hoc ē
qd ſemper optaui. et votis omni
bus concupiui. Tunc iratus pre
ſes. cepit ei omnia genera tormē
torum minari niſi ei aſſenſum pre
beret Cui vincentius O felicē me
quo michi iraſci te grauiꝰ putas
mei incipis melius miſereri. In
ſurge ergo miſer et toto maligni
tatis ſpiritu debachare. videbis
me dei virtute plꝰ poſſe dum tor
queor q̄ꝫ poſſis ipſe qui torques.
At preſes cepit clamare. et car
nifices vgis et fuſtibꝰ verberare.
Et ait vincentius Quid dicis da
ciane? Ecce tuipſe vindicas me de
apparitoribus meis. Tūc preſes
amens factus. dixit carnificibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

De . S . Vincentio M.
22 . Janry

Miſerrimi nil facitis . cur deficiūt
manus veſtre; Adulteros ⁊ patri
cidas vincere potuiſtis . vt inter
illata ſupplicia nil celare poſſent .
et ſolus vincentius poterit veſtra
ſupare tormēta . Tunc carnifices
pectines ferreos vſq ad intima
coſtarū fixerunt . ita vt de toto e
ius corpore ſanguis effflueret . et
ſolutis coſtarū compagimibus .
viſcera īterna paterēt . Et ait da
cian9 . Miſerere tui vincēti vt poſ
ſis tam pulchram recuperare iu
uentutem et ea que ſuperſunt lu
crari tormenta . ⁊ ait vincentius
O venenoſa dyaboli lingua . tor
mēta tua non timeo . ſʒ hoc ſoluʒ
valde metuo . q̄ te mihi fingis vel
le miſereri . Nam quo te magis
iratū video . eo ampli9 exulto .
Nolo vt aliquid minuas de ſuppli
cijs vt te victū ī omnib9 fateais
Tunc ex eculeo depoſitus atq ad
ignis patibulum raptus moras
carnificum arguendo ad penam
alacriter properabat . Craticulā
igitur ſponte conſcendens ibideʒ
aſſat . exurit . ⁊ cremat . mēbriſq
omnibus vnci ferrei . ⁊ ardentes
lamine infinguntur . Denique ſagi
mine flāma reſpgit . vulneā vul
nerib9 īprimunt Sal inſuper in ig
nem ſpargit . vt in corpus eius vn
diq vulneratum reſiliens ſtriden
tibus flammis crudelius combura
tur . Jamq non ad artus . ſed ad
viſcera tela iaciuntur . ipſaq in
tram viſcera de eius corpore extra
labūt . Inter hec ille manet imo
bil ⁊ ſurſum erectis luminibus
Dn̄m depdicabat . Cumq miniſtri
hec datiano retuliſſent . Heu ait
dacianus vincimur . Sed nunc iā
vt diutius viciat in pena . ipſuʒ
teterrimo carcere includite . et i
bi teſtas acutiſſimas cōgerite . pe
des eius ligno affigite . ſine omni
humano ſolatio extenſum ſuper
teſtas relinquite . et cum defece
rit nuntiate . Fauent quantotius
miniſtri crudeles dn̄o crudeliori .
Sed ecce rex pro quo miles pati
tur . penā cōmutat in gloriaʒ . Naʒ
tenebre carceris ab immēſa luce ex
pellūtur . teſtaʒ aſpitas ī oīm flo
rum ſuauitateʒ mutat . pedes diſ
ſoluūtur . ⁊ venerando angelorū
ſolacio perfruit . Cūq ſuper flores
cū angel pſallēs incederet . modula
tio dulcis vocis et mira ſuauitas
florū ꝑcul diffūdit . pterriti cuſto
des cuʒ lumē p rimas carceris qđ
int9 erat vidiſſent . ad fidē cōuer
ſi ſūt Hoc audiēs . Daciam9 amēs
factus ait . Et qđ ei āplius facie9
Ecce enī victi ſum9 . Transferat
ad lectulū ⁊ ſtramētis mollioribus
reponat . ne eū plus glorioſū faci
am9 ſi forte deſtiterit in tormētis
ſed potius recreat9 . nouis iteruʒ
ſupplicijs puniat . Cum igitur ad
ſtratū molliorē deportat9 eſſʒ . ⁊
ibidem paululum quieuiſſet . ſta
tim ſpiritum tradidit . circa ānos
dn̄i . ducētos octogita ſeptem ſub
dyocletiano ⁊ maximo . Quo au
dito dacian9 . vehemenr ſic ſe vic
tū dolēs ait . Et ſi non potui eum
ſupare viuētem . puniā vel defec
tum . ſaciabor de pena et ſi non po
tuit michi ꝑuenire victoria . Juſſu
ergo daciani corpus eius in cam
pum auibus ⁊ beſtijs deuorandū
exponitur . ſed ſtatim angelorum

cuſtodia premunitur ⁊ intactuꝫ a
beſtijs conſeruatur. Diuq́ȝ coruꝰ
ingluuiei dedit9 alias aues ſe ma
iores ipetu alarū abegit. et lupū
accurrentē morſibꝰ et clamoribꝰ
effugauit. q̄ reflexo capite i aſpe
ctu corpis ſacri fixꝰ cernit. vt pu
te q̄ ibidē āgeloꝝ cuſtodiā mirāba
t. Qd audiēs dacianus ayt Puto
ꝙ nec defūctuꝫ poteō ſupare. Iu
bꝫ ḡo corpi eiꝰ ingentē molaꝫ alli
gari. ⁊ i pelago ꝓici. vt qd in t̄ra
a beſtijs cōſumi nō potuit ſaltem
in pelago a marinis beluis deuore
tur. Naute igit̄ corpꝰ eiꝰ ī pelagꝰ
deferētes ſbmergūt. ſed ipis nau
tis velociꝰ littora corpꝰ ipm petyt.
qd a quadam matrona ⁊ q̄buſdā
alijs ipſo reuelante inuentuꝫ eſt
et ab eis honorifice ſepultum eſt.
¶ De hoc martire ſic dicit augꝰ.
Btūs vincētiꝰ vicit ī v̄bis vicit i
penis. vicit in cōfeſſione. vicit in
tribulatione. vicit exuſtus. vicit
ſbmerſꝰ vicit tortꝰ. vicit mortuꝰ
¶ Idem torquetur vincētius vt
exerceatur. flagellatur vt erudia
tur. Tunditur vt ſolidetur. Exu
ritur. vt purgetur. ¶ Ambroſiꝰ
quoq́ȝ de ipſo ī p̄facōe ſic ait Tor
quet̄ vincētius. tunditur. flagella
tur. excutitur. ſed inuictus pro
ſācto nomine animus nō concuti
tur. Plus ardēs igne celi q̄ꝫ ferri.
Plꝰ nectitur timore dei q̄ꝫ ſeculi.
Plus voluit placere deo. q̄ꝫ foro.
Plus dilexit mori mūdo. q̄ꝫ dn̄o.
¶ Itē auguſtinus Ante oculos
noſtros mirandum ſpectaculum
cōſtitutuꝫ ē. iudex iniquꝰ. tortor
cruentus. martir inuictus. crudeli
tatis pietatiſq́ȝ certamē ¶ Pru
dētiꝰ quoq́ȝ q̄ claruit t̄pe theodo
ſij ſenioris q̄ cepit ān̄o dn̄i tricefi
mo octogeſio ſeptio ipm daciano
reſpōdiſſe ait Tormenta. carcer
vngule. ſtridēſq́ȝ flāmis lamīa at
q́ȝ ipa penarū vltia mors xp̄ianis
ludus eſt. Tunc dacianus victus
ayt. Retortū brachijs ſurſū ac de
orſū extēdite. donec ꝯpago oſſiuꝫ
mēbratim diuulſa crepet. vt per
lacunas vulneruꝫ iecur detectum
palpitet. Ridebat hec miles dei.
manꝰ cruentas increpās ꝙ fixa
non profundius intraret artus
vngula Cum eſſet in carcere āge
lꝰ ad eū venit et ait Exurge mar
tir inclite. exurge ſecurꝰ tui. exur
ge. et almis cetibus noſter ſodal̄
addere. O miles īuictiſſime fortiſ
ſimorum fortior. Iam te ipa ſeua
⁊ aſpera tormēta victorē tremūt
Exclamat prudētius dicēs. Tu ſo
lus orbis inclite. ſolus brauij du
plicis palmam tuliſti. Tu duas ſi
mul paraſti laureas.

¶ De Noiminis iterpretatione.

Baſilius vl̄ baſilides dictꝰ
ē a baſi qd ē ſuſtētamētū
⁊ laos qd ē populꝰ. Fuit
enim ſuſtētamētuꝫ volētiū tēdire
ad ſuū creatoreꝫ. vel d̄r a baſiliſco
ſerpēte. quia hoſtē hūani generis
in ſe mortificauit ⁊ ſuperauit.

¶ De ſācto Baſilio.
¶ Hyſtoria. xxv.

Baſilius venerabil̄ epiſco
pus ⁊ doctor precipuus
cuiꝰ vitaꝫ ſcripſit āphilo
nus yconij epiſcopus. quante
ſāctitatis extiterit. cuidaꝫ hēmite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

nomine effrem ĩ viſu mōſtratū
eſt Cum enim dictus effrem ĩ ex
taſi poſitus eſſet vidit columnaʒ
ignis cuius caput vſqꝫ ad celū p
tingebat ꝛ voce deſup dicētē audi
uit Talꝭ ē magnꝰ baſilius qualis
hec colūna ignis quā cernis· Ve
niens igit̃ ad ciuitatē in die ephi
ibi dormitando decidēs expirauit
Quod audiens nero plurimū de
eius morte doluit. ⁊ ſtatim aliū
in eius officium ordinauit. Pau
lꝰ vēo ꝑ ſp̄m hoc cognoſcēs dixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

aſtātib9 vē illuc irent et patro
clum ceſaris cariſſimuꝫ ad te de ſu
ctū afferrent· Queꝫ allatum pau
lus ſuſcitauit· et ad ceſareꝫ cū ſo
cijs ſuis miſit Qui cuꝫ de morte e9
lamētaretur ecce patrocl9 viuēs
adeſſe pre foribus nunciatur· Au
diens nero patroclum viuuꝫ quē
paulo ante nouerat mortuuꝫ plu
rimū quidem expauit· et euꝫ ad
ſe īgredi recuſauit Sꝫ tādē pſua
ſu amicorum intrare pmiſit· Cui
nero ait Patrocle viuis? Et ille·
Ceſar viuo Et nero Quis te fecit
viuere? Et ille· Dn̄s ihꝫſus criſt9
rex omniū ſeculorum · Irat9 nēo
dixit· Ergo ille regnabit ī ſecula
et reſoluet oīa regna mundi? Cui
patroclus Etiam ceſar· Tūc nēo
dedit ei alapam dicens· Ergo mili
tas illi regi? Et ille . Vtiqꝫ ei mi li
to· quia me a mortuis excitauit·
Tunc quoqꝫ miſtri īperatoris· q̄
ei iugit aſſiſtebāt· dixerūt ei Cur
imperator percutis iuuenem pru
denter et veraciter reſpondentē?
Naꝫ et nos illi regi īuictiſſimo mi
litam9 Quod aūt īēs nero eos re
cluſit in carcerē vt nimiuꝫ torque
ret eos quos nimis añ dilexerat
Tūc oēs xpianos fecit īquiri· et
ōnes ſine īterrogatione puniri p
tormenta valida · Tunc paulus
vinctus inter ceteros ante ne
ronem adductus eſt · Cui nero·
O hō magni regis ſeruus · michi
autem vinct9 · cur milites meos
michi ſſtrahis et tibi eos colligis?
Cui paul9· Nō ſolū de tuo angulo
milites collegi· ſꝫ etiaꝫ de orbe vni
uerſo· quibus rex noſter donati
ua que nūqꝫ deficient et que om

nem excludūt indigentiam largi
etur· Huic ſi ſubiectus eſſe volue
ris ſaluus eris· qui tāte extat po
tentie· vt iudex omnium veniat·
et mundi huius per ignem figurā
reſoluat· Hec audiens nero et ira
ſuccenſus quia figuram mundi p
ignem paulus dixit reſoluendaꝫ·
omnes xpī milites iuſſit igne cre
mari. paulū vero tamqꝫ maieſta
tis reum capite truncari. Tāta aūt
xpīanorum occiſa eſt turba vt po
pulus roman9 palaciū virtute re
rumperet· et ſeditionem cōtra eū
excitare moliens proclamaret ·
Pone modū ceſar· tempera iuſſi
oneꝫ· noſtrates ſunt quos pdis·
romanum tuentur imperium· Ti
mens imperator mutauit edictū·
vt null9 xpīanos tāgeret donec
imperator de eis plenius iudica
ret· Quapropter paulus iterū eſt
reductus· et aſpectui nerōis ob
latus. Quem vt nero vidit vehe
mentiſſime exclamauit . Tollite
maleficum· decollate impoſtoreꝫ·
nec ſinite viuere criminatorē· au
ferte de ſuperficie terre mentiuꝫ ī
mutatorem· Ad quē paulus ait·
Nero tempore modico patiar· ſed
viuam eternaliter domino ihꝫſu
xpō· Nero dixit Auferte ab eo ca
put. vt me rege ſuo fortiorē intel
ligat qui euꝫ deuici. et videamus
ſi ſēp viuere valeat· Cui paulus
Vt ſcias me poſt mortē etnaliter
viuere· cū michi caput abſciſum
fuerit viuus tibi apparebo et tunc
cognoſcē poteris. q xp̄c eſt domi
nus vite et mortis· Et hijs dictis
ad locuꝫ ſupplicij ducit· Qui cum
duceretur· dixerūt ei tres milites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Qui cū ducebant dic nobis paule
quis eſt ille rex veſter quem tan
tū diligitis ꝙ pro eo magis mori
ꝗ̄ viuere eligitis . et qualem īde
mercedem habebitis? Tunc pau
lus de regno dei et pena īferni ad
eo eis p̄dicauit ꝙ ipōs ad fidem
duxerit Qui cū rogarēt eū vt libe
re abiret quo vellꝫ ait· Abſit fra
tres vt fugiam. Nō enim ſum pro
fugus ·ſed miles xp̄i legitimus ·
Scio enim ꝙ per hanc vitaꝫ trāſi
toriam ad vitam trāſibo eternaꝫ·
Mox autem vt fuero decollatus
viri fideles rapient corpus meum
Vos aūt locū notate et illuc cras
mane venite Et inuenietis iuxta ſe
pulchrū meū duos viros ſcꝫ lucā
et titum orantes Quib⁹ cū dixeri
tis qua de cauſa vos ad eos miſſi
eſtis ipſi vos baptizabunt· ⁊ reg
ni celeſtis facient coheredes. Dū
cū loq̄ret̄· miſit nero duos milites
vt viderent ſi eſſet occiſus · Et
cum eos vellet conuertere. illi di
xerunt· Cum mortuus fueris ⁊ re
ſurrexeris· tunc credemus hn̄ ſ q̄
dicis· Nunc autem cito veni ⁊ qđ
meruiſti accipe· Cumq; ad locum
paſſionis duceret̄ in porta hoſtien
ſi quandam matronam nomine
plantillā diſcipulaꝫ pauli ·q̄ ſcđm
dyoniſium alio nomine dicebatur
lemobia quia forte binomia fuit·
obuiam habuit· que flens ſe ſuis
orationibus cōmēdauit· Cui pau
lus· Vale plantilla eterne ſalutis
filia · cōmēda michi veluꝫ quo ca
put tuū tegis· ⁊ inde oculos me
os ligabo et poſtmodum illud tibi
reſtituam· Quod dum ſibi trade
ret irridebant eaꝫ carniſices dicē
tes· Quid impoſtori iſti et mago
tam precioſuꝫ pannum tribuis·
vt ipſum amittas? Cum ergo ad
locum paſſionis paulus veniſſet ⁊
ad orientem verſus et manibus ī
celum extenſis diutiſſime cum la
crimis patria voce orauit· et gra
tias egit· Poſt hec valefaciēs fra
trib⁹ oculos ſibi de velo plantille
ligauit· et vtrūq; genu in terra
figens collum tetēdit· ⁊ ſic decol
latus eſt· Moxq; caput ei⁹ a cor
pore exiliens ihesus xp̄us· qđ ſibi
in vita ſua tam dulce extiterat ·
et tā crebro nominauerat hebray
ce clara voce inſonuit Dicit̄ enim
ipſum in ſuis ep̄lis chriſtū vel ihe
ſum vel vtrumq; quingentis vici
bus nominaſſe De eius autem vul
nere vnda lactis vſq; in veſtimen
ta militis exiliuit· ⁊ p⁹ea ſāguis
effluxit In aere lux immenſa emi
cuit · de corpore odor ſuauiſſim⁹
emanauit. ¶ Dyoniſius autem ī
epiſtola ad thimotheum de morte
pauli ſic dicit· In hora autem illa
triſticie plena frater mi dilecte ·
dicente carnifice paulo· collū pa
ra · tunc beatus paulus ſuſpexit
in celuꝫ· muniens frontem et pe
ctus ſuuꝫ ſigno crucis· deinde ſta
tim dicebat Domine mi ihesu chri
ſte· in man⁹ tuas cōmendo ſpiri
tum meum et cetera· Et tunc abſ
q; triſticia ⁊ compulſiōe extendit
collum ſuum et accepit coronam·
Percutiente autem carnifice et
caput amputante pauli· beatiſſi⁹
xp̄i martir ī ipō ictu explicauit ve
lū· ⁊ ſāguinē ꝓpriū collegit in ve
lo· ⁊ ligauit eū· ⁊ obuoluit ⁊ tra
didit illi femīe Reuerſo āt milite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

carnifici dixit lemobia· vbi dimi
ſiſti magiſtrum meū paulū? Re
ſpōdit miles. Scio ꝙ iacet ibi ex
tra vrbem in valle pugilum· et
velo tuo facies eius velata ē Ipſa
autem reſpondens ayt· Ecce nūc
intrauerunt petrus et paulus in
duti veſte preclara· et coronas ful
gentes et luce radiantes habebāt
in capitibus ſuis . Et protulit ve
lum ſanguine cruentatum et mō
ſtrauit eis· propter quod opꝰ ꝙ̄
plures crediderunt domino· et fa
cti ſunt xpiani· Hec dyoniſiꝰ· ¶
Audiens nero q̄ contigerant vehe
menter extimuit. et de omnibus
cū phis et amicis loqui cepit· Duꝫ
hec inuicem loquerent̄ venit pau
lus ianuis clauſis et ante ceſarem
ſtans ait. Ceſar ecce paulus r̄gis
eterni et inuicti miles Nūc crede
quia non ſum mortuus ſed viuꝰ·
ſed tu miſer eterna morte morie
ris eo ꝙ ſanctos dei iniuſte inter
ficis Et hijs dictis diſparuit Nero
aūt ex nimio terrore velut amēs
effectus quid ageret ignorabat ·
Et ſuaſu et conſilio amicorum pa
troclum et barnabam cū alijs ſol
uit · et quo vellēt ire libere pmiſit
Illi vero milites ſcilicet longinus
megiſtus et acceſtus ad ſepul
chrū pauli mane venerunt et du
os viros ſcilicet tytum et lucam
orantes · et in medio eorū paulum
ſtantem viderunt· Quos tytꝰ et
lucas videntes vehementer territi
fugere ceperunt · et paulus diſpa
ruit· Illi autē poſt eos clamabāt
dicentes· Non vt putatis vos per
ſequimur · ſed a vobis baptiſari
volumꝰ ſicut et paulꝰ vobis dixit·
quem modo vobiſcum orantem
vidimus Hoc illi audientes reuer
ſi ſunt et cum magno gaudio eos
baptizauerunt ¶ Caput autē pau
li in quandam vallem proiectum
fuit· et pre multitudine aliorum·
qui interfecti fuerunt· et illuc ꝓ
iecti inueniri non potuit ¶ Legit̄
autem in eadem epiſtola dyoniſij
ꝙ cum quadam vice fouea mūda
ret̄· et caput pauli illuc cū alijs
purgamentis proiectum fuiſſet·
quidam paſtor illud in virga ſua
leuauit· et iuxta caulas ouium
fixit· Vidit autē per tres noctes
continuas ipſe cum domino ſuo
ſuper predictum caput lucem in
effabilem refulgere· Quod cum e
piſcopo et fidelibus nunciatum fu
iſſet dixerunt Vere hoc eſt caput
pauli· Egreſſus igitur epiſcopus
et vniuerſa turba fidelium caput
illud ſecum detulerunt· et in qua
dam menſa aurea illud ponentes
corpori cōiungere attemptabāt.
Quibus patriarcha reſpondit ·
Nos ſcimus· quia multi fideles oc
ciſi ſunt . et eorum capita etiam
in eodem loco diſperſa ſunt· Vn̄
dubito illud caput corpori pauli
coniungere · Sed caput hoc ad pe
des corporis ponamꝰ · et omnipo
tentem dominum exoremus . vt
ſi caput ſuum eſt conuertatur cor
pus et coniungatur. Quod dum
omnibus placuiſſet caput ipſum
ad pedes corporis pauli poſuerūt·
Et ecce cunctis orantibus et ſtupē
tibus corpus ſe vertit et i loco ſuo
capiti ſe iūxit · Et ſic omēs deum
bn̄dixerūt · et hoc eē caput pauli
veracit̄ cognouerūt Hec dyoniſiꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Refert gregorius turoñ· qui tem
pore iuſtini iunioris claruit· ꝙ q̄
daꝫ deſperans laqueū ſibi parabat
nomen tamen pauli inuocās ſem
p dicebat Adiuua me ſancte pau
le· Tūc affuit quedā vmbra ſqua
lida hortās eū ac dicēs· Eya bone
vir age quid agis· moram ne fe
ceris At ille ſemp parās laqueuꝫ
dicebat Beatiſſime paule adiuua
me· Expedito iam laq̄o affuit alia
vmbra tāq̄ hoīs dicēs illi q̄ homi
nē hortabatur Fuge miſerrime
paulus aduocatꝰ aduenit· Tunc
ſqualida vmbra euanuit· et ho
mo ad ſe rediēs· ⁊ laquꝫ ꝓiciēs pe
nitentiam cōdignam accepit· ¶
Gregoriꝰ in regiſtro ex cathenis
beati pauli multa miracula demon
ſtrat· ⁊ dum mīti paruꝫ quid ex
limatura petunt aſſiſtit ſacerdos
cū lima· ⁊ aliquibus petentibus
ita cōcite aliq̄d de cathenis ipſius
excutitur· vt nulla mora ſit Qui
bꝰ daꝫ vero petentibus diu per ca
thenas ipſas lima ducitur. et ta
men vt inde aliquid exeat nō ob
tinet· ¶ In eadē quoq̄ ep̄la que
ſ. ꝑdicta ē btūs dyoniſiꝰ mortem
pauli mgr̄i ſui pijs verb̄ deplorat
dicēs· Quis dabit oculis noſtris
aquas et pupillis nr̄is fontē lacri
maꝝ· vt ploremus die ⁊ nocte lu
men eccleſiarū· q̄ extinctuꝫ eſt?
Quis nō mouet fletū et gemitū q̄
nō veſtiet lugubribꝰ et mente at
tonitꝰ nō obſtupeſcet? Ecce etenī
petrꝰ fūdamentū eccīaꝝ ⁊ gl̄a ſā
ctoꝝ apoſtoloꝝ a nobis receſſit ⁊
nos orphanos dereliquit· Paulꝰ
quoq̄ gentiū familiaris ↄſolator
penitꝰ defecit nob̄. ⁊ vlteriꝰ nō in
uenit· Qui fuit pater pr̄m· doctoꝝ
doctoꝝ· paſtor paſtoꝝ abiſſuꝫ ſa
piētie· fiſtula altiſona· ꝑdicator ve
ritatis infatigabilis· Paulū vero
dico nobiliſſimū apoſtolū Hic an
gelus terreſtris ⁊ homo celeſtis·
ymago et ſimilitudo diuinitatis et
ſpūs diformis omnes nos dereli
quit· Nos in q̄ iopes ⁊ idignos in
hoc mūdo ↄtemptibili ⁊ maligno
et igreſſꝰ ē ad xp̄m deuꝫ ſuū dn̄m
et amicū· Heu frat̄ mi thymothee
dilecte aīe mee· vbi ē pr̄ tuꝰ mgr̄
et amator? Vnde te vlterius ſalu
tabis? Ecce enī orphanꝰ factꝰ es
et remanſiſti ſolꝰ· Jam nequaq̄
ſcribet tibi ſua manu ſāctiſſima di
cens tibi· Fili cariſſime Ve michi
frater mi thimothee· Quid hinc
accidit triſticie· tenebrarū ⁊ dāp
ni· quia orphani facti ſumus· Jaꝫ
non venient ad te epiſtole eius in
quibus ſcrip tum ſit· Paulus mo
dicus ſeruus ihesu xp̄i· Jam non
ſcribet de te vlterius ciuitatibus
dicens· Suſcipite filium meum di
lectum· Cōplica ſuper hec libros
ꝓphetarum et ſigna ſuper eos· q̄
neminem habemus interpretem
parabolarum et paradigmatuꝫ ⁊
eloquiorū ipſoruꝫ· Dauid ꝓpheta
plangebat filium ſuū· ⁊ dicebat·
Ve michi quis dat vt moriar pro
te fili mi· ve michi· Ego aūt· Ve
michi mgr̄ mi· vē ve michi· Amo
do ceſſauit ⁊ defecit cōcurſus diſci
puloꝝ ſuoꝝ romaꝫ venientium ⁊
querentiū nos· Jā nemo dicturꝰ
ē· Eamus ⁊ videamꝰ doctores no
ſtros· ⁊ iterrogemꝰ eos q̄lit̄ rege
re nos oporteat eccleſias nobis
cōmiſſas· et interp̄tabuntur nob̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

precepta domini noſtri ihesu xp̄i et eloquia ꝓphetarū Vere de hys filys frater mi thimothee qui ꝓuati ſunt patribus ſpūalibus. q̄bus priuatus eſt grex. Et nobis frat etiam de. qui priuati ſum⁹ magiſtris noſtris ſpiritualibus. q̄ collegerant intellectum ⁊ ſcientiam veteris ac noue legis. et colligauerant in ſuis epiſtolis. vbi ē curſus pauli ⁊ labor ſanctorum pedū eius? Vbi eſt os loquēs et lingua conſulens et ſpūs beneplacēs deo ſuo? Quis nō ploret ⁊ vlulet? Nā qui meruerunt gloriam et honorē apud deum tamq̄ malefactores traduntur in mortem. Ve michi quia in illa hora intuitus ſum corpus ſanctum ſanguine innocēte cruentatum. Heu michi pater mi magiſter et doctor. nō quideꝫ reus tali morte extitiſti. Nunc ergo quo ibo te querere gloria xp̄ianorum et laus fidelium? Quis conticeſcere fecit voceꝫ tuam fiſtula eccleſiaruꝫ et fiſtula altiſōa. plectꝝ pſalteri decacordi? Ecce intraſti ad deum tuum. ⁊ dominum queꝫ deſideraſti. ⁊ toto affectu cōcupiſti. Iheruſalem et roma praua amicicia equales facte ſunt ī malo Iheruſalē crucifixit dn̄m noſtruꝫ ihesum xp̄m. Roma vero apoſtolos ei⁹ interemit Iheruſalem aūt ſeruit ei quē crucifixit. Roma vero ſolēpniſādo glorificat quos interemit. Et nūc frat mi thimothee. quos dilexiſti ⁊ toto corde deſiderabas. ſicut ſaul rex et ionathas in vita nō ſūt ſepati. nec in morte Et ego non ſum ſepatus a domino magiſtro meo. niſi cum

ſeparent nos homines peſſimi et iniqui. Et ſepatio vnius hore nō erit ſemper. Anima eius cognoſcit dilectos. etiam ſine hoc q̄ ei loq̄ntur qui nunc ab eo elongati ſunt. In die autem reſurrectiōis magna iactura eſſet ſeparari ab eis. Hec dyoniſius. ¶ Johannes quoq̄ criſoſtom⁹ in libro de laudibus pauli. hunc glorioſum apoſtolum mltipliciter cōmendat ſic dicēs Nichil ꝓfus errauit q̄ pratū quoddam inſigne virtutum et paradiſū ſpūalē pauli animam nūcupauit. Que aūt ligua laudibus eius inueniat equalis. cum ōnia q̄ ſūt in hoib⁹ bona aīa vna poſſidebat. ⁊ ea plene cūcta accumulate nec ſolū hoim. ſ etiā qđ plus ē angelorum? Nec tn̄ idcirco reticebim⁹ quin poti⁹ pauca dicemus. Etenī hoc magnū laudis gen⁹ ē cū orōis copiā virt⁹ ſupat. ⁊ magnitudo laudati. ſicq̄ vinci multo ē nobis glorioſi⁹ q̄ ſepe viciſſe. Vn̄ ergo oportuni⁹ laudū ei⁹ ſumem⁹ exordiuꝫ niſi ab hoc ipō pmū vt oñdam⁹ eū bō oim poſſidētē? Abel obtulit ſacrificiū ⁊ inde laudat. Sed ſi pauli hoſtiā adducam⁹ ī mediū. qn̄tū celū a tra ſupior apparebit Siquidē ſeipm̄ p dies ſiglos imolauit Quā tn̄ hoſtiam dupliciter offerebat tum in corde tum in corpore mortificationem circumferens. Non enim oues offerebat aut boues. ſed ſemetipſum dupliciter ymmolabat. neq̄ hijs contentus fuerat ſed etiam orbem vniuerſum ſtuduit offerre. Qui terram ac mare. greciaꝫ ac barbariaꝫ. omnemq̄ ſub ſole regionem quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

volitãdo circuiuit · ex hõminibus
angelos faciens · quinĩmo ipſos
hõmines quaſi ex demonibus ĩ ã
gelos prouehens · Quid huic ho
ſtie reperietur equale · quam pau
lus gladio ſpiritus ſancti immo
lauit · ⁊ in illo altari quod locatũ
eſt ſuper celum obtulit? Sed abel
dolo germani percuſſ9 occubuit ·
paulus vero ab eis interfectus ẽ
quos ab innumeris mal' eripiebat
eruere · Vis autem eius innume
ras tibi oſtẽdi mortes Tot vtiqʒ
quot etiam dies vixit · ¶ Noe ſe
tantum legitur in archa ſeruaſſe
cum liberis · Hic autem multo ſe
uiori inundãte diluuio · non ar
chã coaptãdo compagimibus ta
bularum ſed epiſtolas componẽ
do pro tabulis · vniuerſum orbeʒ
periclitantem ex medijs fluctibus
liberauit · Hec autem archa non
vno loco circumfertur · que orbis
terminos comprehendit · nec bi
tumine ac pice · ſed ſpiritu ſancto
tabule eius ſunt peruncte Hic ſuſ
cipiens irrationabilium animali
um cultores pene irrationabilib9
animalibus ſtultiores · imitatores
effecit angeloꝝ · Illaʒ quoqʒ vicit
archam · quia illa coruũ recipiẽs
coruum rurſum emiſit · et inclu
dens lupum feritatem eius muta
re nõ potuit Hic vero accipitres
miluoſqʒ ſuſcipiẽs fecit colũbas ·
et excludẽs omnẽ feritatem mã
ſuetudinem ſpiritus introduxit
¶ Abraham mirantur omnes · qꝫ
ad dei preceptum patriam atqʒ co
gnatos reliquit · Sed quomodo
paulo poſſet equari · qui non tan
tũmodo patriam atqʒ cognatos
ſed ſeipſuʒ mundũqʒ reliquit · im
mo etiam celum et celum celi? Et
hec omnia chriſtum ſuſcipiẽdo de
ſpexit · vnuʒ pro cunctis iſtud ſo
lum id eſt chriſti caritateʒ requi
rens Neqʒ preſentia inquit · neqʒ
futura · neqʒ altitudo · ⁊c̃ · Sed et
abraham in periculum ſe tradens
hoſtibus filium fratris eripuit ·
At paulus vniuerſum orbem de
ipſa dyaboli extrahens manu in
numerabilia pericula ſuſtinuit ·
proprijſqʒ mortibus maximaʒ ſe
curitatem alijs cõparauit Filiũ quo
qʒ abraham voluit ĩmolare Pau
lus vero nec aimicum nec ꝓximuʒ
immolandum domino adduxit · ſꝫ
ſemetipſum miles immolauit ¶
In yſaac patiẽciã aliquis ãmira
ẽ · qm̃ puteos a ſe factos obſtrui
patiebat̃ · At paulus non puteos
cernẽs lapidib9 obrutos · ſꝫ ꝓpri
ũ corpus nõ ſolũ ſicut ille cedebat
ſꝫ eos etiaʒ a quib9 patiebat̃ in ce
lũ ſtudebat euehere · Quanto em̃
amplius obruebat̃ iſte fons tãto
erumpebat magis · ac plures ex
ſe fluuios effundendo manauit ¶
De longanimitate et patientia ia
cob ſcriptura miratur · Et quenã
illa eſt · que pauli patientiaʒ poſſit
imitari? Neqʒ em̃ bis ſeptẽ ãnoꝝ ·
ſed toti9 vite ſeruitutẽ ꝓ ſponſa
pertulit xpi · Non aduſtus ſolum
eſtu diei ⁊ noctis gelu · ſed temp
tatiões mille ꝑpetiẽs · ⁊ nũc q̃deʒ
verberibus · nũc vero lapidib9 ce
ſus atqʒ colliſus · ⁊ int̃ certamina
vbiqʒ ꝓſiliens captas oues ex dy
aboli faucibus extrahebat . ¶ Sed
et ioſeph v̓tute pudicitie decorat9
ẽ Et ego vereor ne iã ridiculuʒ ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

hinc etiam paulum laudare · qui ſemetipſum crucifigens non ſolū humanorum corpoꝝ pulchritudi nes · ſed omnia etiam que viden tur in rebus clara ac decora cer nebat · quemadmoduꝫ nos fauil lam cineremqꝫ conſpicimus · qui quaſi mortuus prorſus admortu um immobilis permanebat. ¶ Stupent iob omnes homines · Fu it enīꝫ adletha mirabilis · At pau lus nō menſibus tantum ſed an nis pluribꝰ in agone pdurās taꝫ clarus emicuit · non teſta vel gle ba ſaniē carnis radēs · ſed ipius intelligibile os leonis frequenter incurrēs · ⁊ pugnās adūſus tēp tatiōes innumeras · omni erat la pide tolerabilior · qui nō a tribꝰ vel q̄tuor amicis ſꝫ a cunctis īfideli bꝰ · a fratribꝰ etiā opꝓbria ſuſti nebat · cōfutatꝰ ab omnibꝰ atqꝫ maledictꝰ · Et illi erat magna hoſ pitalitas ⁊ cura pauꝑū · ſꝫ quā ille īpēdebat curā carne debilibꝰ · hāc iſte aīs morbidis exhibebat Illiꝰ ōni aduenienti aperiebat domus · huiꝰ vero aīa vniuerſo patebat orbi · Et ille quidē cū oues ⁊ bo ues habēt innumeros erat ī pauꝑes liberal' · Hic vero nichil āpliꝰ cor pore ſuo poſſidēs de hoc ſufficiēt in digētibꝰ miniſtrabat · Vt alicubi cōmemorās Neceſſitatibꝰ inquit meis ⁊ hiis qui mecū erāt manꝰ iſte miniſtrabāt Sed ⁊ vermes at qꝫ vulnera ſeuos ſcō iob infere bāt dolores · Sed ſi pauli verbera famem · cathenas · periculaqꝫ cō ſideres · q̄ a domeſticis ⁊ ab extra neis ⁊ a cūcto paciebat̄ orbe · ſol licitudinē quaꝫ ꝓ ecciis · vſtionē quam p̄dican valiſatis ſingulis per dies ſingulos perferebat · vi debis q̄ omni ſaxo erat durior ani ma iſta · ⁊ ferrum atqꝫ adamātē firmitate ſuperabat · Que enī ille corpore · hec paulꝰ mente ſuſtinu it · queꝫ omni verme moleſtior de ſingulis quibuſqꝫ labentibus me ſticia conſumebat. Vnde et iuges ex eo fontes lacrimarum non ſo lum diebus · ſed etiaꝫ noctibus ef fluebāt · omniqꝫ muliere parturi ente vehementius affligebatur in ſingulis · propter quod etiaꝫ dice bat · Filioli mei quos iterum par turio ¶ Moyſes pro iudeorum ſa lute deleri elegit de libro Moyſes itaqꝫ ſe cuꝫ ceteris optauit perire paulus pro ceteris Non enim cū pereūtibus perire voluit · ſed vt ſaluarentur alii ipē de glorie eter nitate decidere · Et ille quidē pha raoni hic dyabolo cotidie repug nabat · Ille pro vna gente iſte pro vniuerſo orbe certabat · non ſudore ſed ſanguine · ¶ Johan nes baptiſta in cibum locuſtas et mel ſilueſtre ſumebat · Sed pau lus in medio mundi ita ſtrepitus quemadmoduꝫ iohannes in here mo quiete verſatus eſt · non qui deꝫ paſtus locuſtis ac melle ſilueſ tri · multo auteꝫ hiis victu vilio re contentꝰ · nec neceſſario quidē indulgēs cibo feruenti ſtudio pre dicandi · Verum illius aduerſus herodiadem apparuit magna con ſtātia · ⁊ iſte n̄ vnū aut duos aut tres ſꝫ inumeros · ⁊ ī ſublimi poſi tos poteſtate corripuit imo lōge illo ſeuiores tirānos · ¶ Reſtat vt paulū iā āgel' cōparemꝰ · ī quibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

magnificum predicamus · quia
cum omni cura obediunt deo ·
Nos dauid admirādo dicebat Po
tētes ꝟtute q faciunt verbū eiꝰ·
Quid vo aliud ꝓpheta in āgel' mi
ratur · q facit inqt angelos ſuos
ſpūs · ⁊ miniſtros ſuos ignē vrē
tez · Sed hoc in paulo poſſumus in
uenire · qui velut ignis ac ſpiritꝰ
totum terrarum percurrit orbē.
⁊ percurrendo purgauit · ſ nō dū
celum iſte ſortitus eſt · ⁊ hoc eſt ō
mino mirabile · quia tal' verſabat
in terris · eciā mortali adhuc car
ne circundatus ¶ Quanta ergo
ſumus condempnatione digni cū
vno homine bona omnia in ſe con
gregante · nec minimam quidem
eorū partem ſtudeimꝰ imitari · Nō
enim aliam ſortitus eſt ille natu
ram · nec diſſimilem nactꝰ animā
nec alterum habitans mundū ·
ſed eadem terra eademqꝫ regione
ſub eiſdem etiam legibus nutritꝰ
⁊ moribꝰ · cunctos qui nunc ſunt
homines vel fuerunt animi ꝟtute
tranſcendit · Nec vero hoc ſolum
in illo mirabile eſt · ꝙ pre habun
dantia deuotionis non ſenſit dolo
res quodam modo pro virtute
ſuſceptos · ſed eciaꝫ ꝙ ꝟtutem ip
ſam nec ꝓ mercede penſauit · Nā
nos quidem propter eam nec pro
poſita mercede certamus · quam
ille conplectens eciam ſine pmio
diligebat Cuncta illa que aſperi
tate ſui videntur impedire virtu
tem cuꝫ omni manſuetudine per
petiens · cotidie celſior cotidie aſ
ſurgebat ardentior · ⁊ intentatis
ſibi periculis noua ſemper alacri
tate pugnabat Qui cū mortē ſibi

imminētē videret ad cōmunionē
delectationēqꝫ gaudiꝫ alios ꝓuo
cat dicēs Gaudete ⁊ ꝯgratulami
michi oēs Itaqꝫ ad cōfuſionē ⁊ in
iurias quas ob predicādi ſtudiū
ſuſtinebat magis ꝙ ad honoꝝ ob
lectamēta ꝓperabat. mortis poti
us ꝙ vite deſideriū appetēs ⁊ pau
ptatis ꝙ opulētie. ⁊ multo āpli
us labores ꝙ aliꝫ requiē pꝰ labo
rem · ac merorez magis eligēs ꝙ
aliꝫ voluptatē Studioſiꝰ ꝓ inimi
cis ⁊ fructuoſiꝰ orās ꝙ aliꝫ aduer
ſus inimicos · Vnū illi formidandū
erat atqꝫ metuēdū offēſa ſcꝫ
dei · Nec deſiderabile illi erat ali
ud niſi placere deo ſemp Nō dico
aūt ꝙ nichil pſentiū deſiderabat ·
ſ nec ipſoꝝ aliqd futuroꝝ Nō eni
michi dicas vrbes ⁊ gētes · exer
citꝰ · pecunias · ꝓuincias ⁊ poteſ
tates Hec eni nec qſi araneaꝝ fi
la reputauit · ſ ea q ꝓmittūt i ce
lis. ⁊ tūc eiꝰ ardētez i xp̄o amorē
videbis Hic ſiqdem ꝓ illiꝰ dilecti
one nō angeloꝝ · nō archangelo
rū dignitatē · nec qcqꝫ horū ſimile
ꝯcupiuit. Quod ei erat maiꝰ om
nibꝰ xp̄i amore fruebat̄ cum hoc
beatiorem ſe cunctis putabat ·
Sine hoc autē neqꝫ principatuum
neqꝫ dominationum ſocius eſſe cu
piebat Sed cum hac dilectōne ma
gis eſſe vel extremus · immo eciā
ex numero punitorum ꝙ ſine has
inter ſūmos et honore ſublimis.
Hoc enim erat illi maximum et
ſingulare tormentum. ab hac ca
ritate diſcedere · hoc illi erat gehē
na · hoc ſola pena · hoc infinita et
intoleranda ſupplicia · ſicut per
frui caritate xp̄i hoc illi vita · hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

munδus·hōē promiſſio· hec bona
videbantur innumera· Sic de ſpi
riebat vniuerſa que timemus vt
ſolet herba iam putrefacta ↄtēp
ni. Tirānos vero ac populos ſpi
rantes furorem velut quoſdam eſ
ſe culices eſtimabat· Mortē vero
atq; cruciatus et mille ſupplicia q̄
ſi ludum putabat eſſe puerorum·
dūmodo pro xpō aliquid ſuſtine
ret · Decorabatur enim magis vi
ctus cathena q̄ꝫ dyademate coro
natus Etenī; coartus carcere ha
bitabat in celo ·ac libenti9 verbe
ra recipiebat ꝛ vulnēa q̄ꝫ alij bra
uia ꝛcipiant· Et dolores non mi
nus q̄ꝫ premia diligebat ·cum ip
ſos vtiq; dolores loco duceret p̄
miorū ·ꝓpterea illos etiam grati
am nominabat. quoniam que no
bis ſunt cauſa triſtitie hec ſibi pa
riebant maximam voluptatem·
Merore quoq; maxime vrebatur
Propt̄ quod ꝛ dicebat Quis ſcā
daliſatur et ego non vror ! Et ſi ī
merore dicat quis ineſſe aliquam
voluptatem Multi enim qui filio
rum mortib9 vulnerantur aliq̄d
conſolationis accipiunt cum ſuis
fletibus relinquūtur· Magiſq; do
lent cum dolere prohibentur. Sic
et paulus nocte ꝛ die cōſolationē
accipiebat ex lacrimis ·Nulli9 q̄p
pe tanto affectu mala ꝓpria q̄nto
ille deflebat aliena Queadmodū
enim illū opinaris afflictū cū per
ditionē defleret peccatoꝝ· qui vt
illi ſalui fierent a celoꝝ gloria ca
piebat excludi · Nam nō ſaluari
illos mlto acerbius eſtimabat q̄ꝫ
ſemetipſum perire· ¶ Hunc ergo
cuinā reꝝ poterit aliquis cōpar̄e?

Cui ferro? Cui adamāti? Quonīā
illam aliquis appellet animā; au
ream vel magis adamantinā? Nā
et omni erat adamāte fortior· et
auro gēmiſq; precioſior· ꝛ alterā;
quidē materiā firmitate · alterā;
ſuperabat precioſitate · Cui igitur
rei hui9 ab aliquo anima cōpare
tur· Eaꝝ quidē que ſūt ōnino nul
li Nō ſi vel auro adamantis forti
tudo· vl̄ adamāti honor daret̄ au
ri tūc forte aliquo mō ↄpatio ei9
pauli poſſet anime cōuenire Sed
quid adamātem ꝛ aurū ad ſimili
tudinem adduco pauli? Mūdū ſi
ex diuerſo appendas oēm ·etiam
tūc videbis apte paulum mergē
pond9 examine Mūdo igitur ꝛ oī
b9 que in mūdo ſūt paulū dicim9
digniorē Si igit̄ mūd9 eo dignus
nō ē. ſed forte vel celum Sed iſtō
quoq; inuenitur inferi9 ·Si enim
non ſolum celum · ſed etiam que
habetur in celis dei poſtpoſuit ca
ritati ·quomodo nō magis domi
nus· qui tanto eſt benignior pau
lo quanto maliciā; bonitas ante
cellit innumeris celis eū; iudicat
digniorem? Non enim nos tantū
diligit deus quantum ipſe diligit̄
a nobis ·ſed tanto effuſius quan
to nec ſermo ſufficit explicare ¶
In paradiſum quoq; hunc deus
rapuit· ꝛ in celum tertium ſuble
uauit · Nec immerito ſiquidem ·
Paul9 in terra gradiēs ſic ſe gere
bat in cunctis quaſi angeloꝝ ſo
cietate frueretur. Nam viſibili ad
huc corpori colligatus illoꝝ perfe
ctione gaudebat· eāꝝq; fragilita
tib9 ſubditus in nullo inferior ſu
pernis virtutib9 apparere certabat

Nam et tamq̄ pennatus totū do
cendo peruolauit orbez· et velut
incorporeus labores periculaq̄
contempſit · nec ymbrium frigo
ra gelida· nec ſol' fulguā radiātia
ptimeſcēs. Et quaſi iam celuz poſ
ſidens cuncta prorſus terrena de
ſpexit· et tamq̄ cum ipſis iam in
corporeis virtutibus degens iugi
mentis intentione vigilauit · Et
angelis quidem ſepe diuerſaruz
gentium cura cōmiſſa eſt·ſed nul
lus illorū ita creditum ſibi popu
lum gubernauit vt paulus vniū
ſum orbem· ¶ Sicut autem aliq̄s
indulgentiſſimus pater afficitur
erga filium freneſi cōprehenſū ·
cuius q̄nto magis cōuiciis ictib9
q̄ pulſatur· tanto eū poti9 miſeā
tur et deflet· Jta paulus illis a q̄
bus affligebat maiora adhibebat
fomēta pietatis · Sepe em̄ pro ill'
qui eū quinquies verberauerant
et eius ſanguinem ſitiebāt lacri
mabatur· vehementer dolebat· ⁊
pro eis orabat dicens Fratres vo
luntas quidez cordis mei ⁊c̄ · Ve
hemēter quoq̄ mordebatur ac pe
nitus deſecabatur· cum eos peun
tes videret. Vt em̄ miſſū in ignē
ferrum totū pfecto ignis efficit·
ſic paulus caritate ſuccenſus effe
ctus totus eſt caritas · qui q̄ſi cō
munis totius mūdi pater eēt ita
in amore hominū· ⁊ ipſos cor imi
tabat parētes imo cunctos non
ſolū carnales verum etiā ſpūales
patres hac ſollicitudīe ac pietate
ſupabat· Omnē em̄ prorſus homi
nem deo exhibēre cupiebat· quaſi
enim vniuerſū mundū ipſe genu
iſſet ſic omes in dei regnum ſeſti

nabat inducere· corpus et animā
pro hys quos diligebat īpendēs·
¶ Homo iſte ignobilis et circum
ferarius q̄ artez exercebat in pelli
bus tanta virtute progreſſus eſt
vt vix triginta annorum ſpacio
et romanos ⁊ perſas ⁊ parthos ⁊
medos et indos ⁊ ſcithas ⁊ ethi
opes et ſaromathas atq̄ ſarrace
nos· ⁊ omne prſus hominū gen9
ſb iugo mitteret veritatis· Et ſic̄
in ſtipſas aut fenuz ignis īmiſſ9 ·
ſic omnia demonum opera cōſūp
ſit· Paulo igitur inſonante ligua
et omni igne vehementius irruen
te cedebāt· omniaq̄ fugiebāt· et
demonum cultus· et tirannorum
mine· et domeſticorum inſidie· ſicut
radys ſolis orientibus et tenebre
fugantur· et adulteri ac fures fo
ueis condūtur· et latrones rece
dūt· ⁊ homicide ad antra fugiūt ·
omniaq̄ lucida efficiuntur ⁊ cla
ra deſuper radys illuſtrantibus·
ſic vbiq̄ diſſeminante paulo euā
gelium· fugabatur error veritas
q̄remeabat· Adulteria et alia di
ctu fetida defecerunt · atq̄ cōſūp
ta ſunt iſto ignis vapore palearum
vice pereuntes. Clara vero inter
hec veritatis flamma ſurgebat re
ſplendens ⁊ vſq̄ ad celum ſublimi
tate aſcēdēs· ab hys potiſſimū ele
uata qui eam opprimere videban
tur. nec pericula aut impetus pro
ceſſum eius impedire potuerunt·
Erroris vero talis eſt conditio · q̄
nullo ſibi obſtante conſeneſcit ac
defluit· Talis etiam eſt econuerſ
ſo veritatis ſtat9 q̄ mltis ipugn̄
tib9 ſuſcitat ⁊ creſcit Quomā igit
ita de9 gen9 noſtrū nobilitauit·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ei ſimiles ſtudeamus inueniri.
Neqꝫ īpoſſibile iſtd putem9 . quo
niam tale illi quale nobis corpus
fuit . talis anima qualis tibi . idē il
luz te qꝫ formauit . ⁊ quemadmō
dum illi9 ita eſt ⁊ deus tu9 ¶ Vis
dei dona ī paulo cognoſcē ? Veſ
timenta eius terrori demonibus
erant . Hec vero amplius admirā
da . quia paulus nec cum in peri
cula irruret temeritatis argui po
tuerat . nec cum pericula fugeret
timiditatis . Amabat etenim pre
ſentem vitā ob lucrum docendi .
Et rurſus valde eā deſpiciebat ob
philoſophiā ad quā illū mundi cō
temptus euexerat . Demqꝫ cū vi
deris paulū pericula fugientē nō
min9 illū admireris ꝗ̄ cum ſe pe
ricul' gaudet opponere . Vt enim
hoc fortitudinis ita illud eſt ſapiē
tie . Et cū videris illuz de ſeipſo ali
qua ſonātem ſimiliter admireris
ac ſi videris illum ſemetipſuz de
ſpicere . Vt enim illud humilita
tis eſt ita iſtud ē magnanimitatis
Magis igitur merebatur loquē
do de ſe ꝗ̄ tacendo . Quoniam ni
ſi feciſſet iſtud culpabilior ill' eſſet
qui ſeipſos importune laudare di
dicerunt . Niſi enim gloriatus fuiſ
ſet creditos ſibi omnes perdidiſ
ſet . ꝙ duz ſe humilaſſet eos extu
liſſet āplius . tunc paulus magis
meruit gloriādo ꝗ̄ alter laudes
ꝓprias occultādo . Nec tātuz quiſ
ꝗ̄ ꝓfuit cū ſua merita celarꝫ quā
tum iſte cū ꝓderet . Eſt aūt grāde
malū de ſeipſo aliquid grande di
cere atqꝫ mirabile . Extremeqꝫ de
mētie eſt nulla imminente neceſſi
tate reꝝ : ⁊ neceſſitate violenta

ꝓprijs laudib9 velle decorari . Nō
ē hoc ſtdꝫ deū loqui ſed indiciū po
ti9 inſanie ē . Hoc enī oēm merce
dē euacuat laborib9 qſitā Etenī al
ti9 de ſe offerre ſmonē glorioſi ē ⁊
inſolentis ſeſeqꝫ iactantis . Dicere
aūt illa tantūmodo que preſenti
cauſe neceſſaria ſunt fructū amā
tis ē ⁊ mlˀtoꝝ remedia cogitātis .
ſicut fecit ⁊ paul9 qui dū a pſeudō
apoſtol' in laudes ſuas ire compul
ſus ē . Maxime que dignitatē ſuā
dñ derent . Plura aūt ⁊ maiora re
lauit . veniā inquit ad viſiones ⁊
reuelatiōes . dñi pro aūt ⁊c̄ Tāta
paul9 tamqꝫ crebra cuz domino
habens colloqa . quāta nec ꝓphe
taꝝ nec apoſtoloꝝ vll9 habuit p
ea ipſe humilior reddebatur Viſ9
ē plagas metuē vt diſceres . quia
cum ſecundum naturam vnus e
rat e pluribus . per volūtatē non
ſolum ſuper multos homines veꝝ
etiam vnus ex angelis erat Neqꝫ
vero metuere plagas reprehenſi
one dignum ſed plagarum metu
aliquid indignum pietate omitte
re Hocipſo enī q̄ plagas timet q̄
in certamine non vincitur admi
rabilior oſtendit . ꝗ̄ ille qui non
timet . ſicut nec merere culpabile
eſt . ſed per merorem aut facere
aut dicere eorum aliqua que deo
diſplicent Hinc qualis fuerit pau
lus oſtēditur . quia in tali natura
viuēs potuit quodā modo ſupra
naturam Qd ſi mortem timuit ne
ipſam quidē recuſabat . Non enī
habere naturam īfirmitatib9 ſub
ditam . ſed ſeruire infirmitatib9
criminoſū ē . vt merito ille mira
bilis habeatur qui imbecillitatez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

nature voluntatis virtute ſupera
uit· Nā ſi iohannem · qui dicebā
tur ⁊ marcus a conſortio ſepara
uerit· hoc vtiqꝫ rectiſſime pro pre
dicationis offi cio effecit· Cū ſiqͥdē
qui iſtud ſuſcipit officium non o
portet eſſe mollem aut reſolutum
ſed fortem ⁊ per cuncta robuſtū·
Neqꝫ enim attingere quiſꝙ̄ debet
preclari huiꝰ muneris functionē
niſi paratꝰ ſit animā mil lies pone
re in mortem atqꝫ diſcrimīa· Qui
enim non tali animo eſt· multos
alios ſuo perdet exemplo Magiſ
qꝫ vtile eſt ſi quieſcat · ſibiqꝫ tan
tum vacet· Nō ita gubernatorē·
non ad beſtias dimicantem· non
ludo gladiatorio deſtinatum· non
quempiā omnino ſic ad diſcrimi
na ⁊ mortes patā atqꝫ diſpoſitam
oportet habere animam· vt eum
qui officium ſuſcepit predicandi.
Nā ⁊ pericula profecto maiora
et adūſarij ſeuiores nec vſꝙ̄ prorſ
ſus ſimili cōdicione certantur. Ce
lum namqꝫ in premio· in ſupplici
o gehenna proponitur· Si vero a
liqua inter eos facta cōmotio ē·
noli hoc delictum putare· Nō enī
cōmoueri malum eſt · ſed irratio
nabiliter nulloqꝫ iuſto flagitan
te negotio cōmoueri· Hunc enim
affectum prouidus nobis creator
inſeruit· vt dormiētes animas at
qꝫ reſolutas ab inercia atqꝫ deſi
dia ſuſcitaret· Quaſi enim gladio
aciem ita menti noſtre ire acumē
impoſuit· vt eo ſicut oportet vta
mur · Benignitas autem non ſē
per bona eſt. ſed cum illam tempꝰ
efflagitat· Quando vero illud nō
adeſt eciam illa vicioſa eſt· Ita et

paulus ſepē vſus eſt hoc affectu·
et modeſte loqͣntibꝰ melior erat ī
ratꝰ Hoc autem erat in eo mira
bile· ꝙ cum vinculis · verberibꝰ
atqꝫ vulneribus longē ſplendidi
or erat dyademate purpuraqꝫ ful
gentibus · cumqꝫ vinctus ꝑ tam
vaſtū pelagꝰ duceba‍t· ita gaude
bat tamꝙ̄ in maximū imperium
duceretur · Poſtꝙ̄ vero romam
īgreſſus eſt. nec ibi ſtare contētꝰ
ēſt · ſed in hiſpaniam percurrit ·
Nec vnū quidē diē in ocio paſſus
eſt ⁊ quiete tranſire. ſed in ꝑdicā
di ardore ipſo igne ardentior. nec
pericula timuit nec irriſiones eru
buit· Hoc vero maiori admiratio
ne dignū eſt· ꝙ cum tam eſſet au
dax ac velut ad pugnā ſemp ac
cinctus ⁊ ignē quēdā belli aſpirās
rurſus placabilem atqꝫ flexibilem
ꝑbebat ſe. Nam ſeuienti vel potiꝰ
ferventi preceperunt vt iret thar
ſum et nō recuſarēt Dixerūt pꝛē
murū eū deponi oportere· ⁊ paſ
ſus eſt. Huiꝰ rei gratia iſta facie
bat vt ꝑdicatioī diutiꝰ inſiſtēt·
et cū m̄ltis hinc credētibꝰ iretad
xp̄m · Metuebat ꝑfecto ne forte
paup hinc atqꝫ inops multoꝝ ſa
lutis abſcederet · Ceterū cum hij
qui ſub vno pugnāt magiſtro vi
derint infixa vulnera · fluentē ſan
guinem· nec ſic hoſtibꝰ aliquādo
cedentē· ſed ſtātem fortiter haſtas
qꝫ vibrantē · ⁊ crebris ictibꝰ ī ad
uerſarios corruentem· nec omni
no dolori parcētem. maiori abſqꝫ
dubio tāto duci ala critate ſubdū
tur· Hoc itaqꝫ factum eſt ī paulo
Videntes eni illum ligatū catheis
et nichilominꝰ ī carcere ꝑdicātē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

videntes etiam ipſiꝫ vulneratuꝫ·
et tamen v̓berantes ipſos ſermõ
ne capientem·maiorem ꝓfecto fi
duciā colligebant Joqꝫ ſignificās
ayt Jta vt plures e fratribus cõ
fidentes in vinculis meis habun
danter auderēt ſine timore verbū
dei loqui Tunc certiorem alacrita
tem et ipſe capiebat ac vehemen
tius in aduerſarios ferebatur·Si
cut enim ignis in diuerſas plerū
qꝫ materias incidēs·augetur ma
gis et incrementa ſortitur·ſic et
lingua pauli quibuſcumqꝫ fuiſſet
admota ad ſe eos continuo tranſ
ferebat·īpugnatores quoqꝫ eiꝰ
pabulum ſpirituale huic efficiebā
tur igni·quia per ipſos euangelij
magis flamma creſcebat·Hec cri
ſoſtomus·

De ſeptem fratribꝰ·
Hyſtoria·lxxxvi·

Septem fratres fuerunt fi
lij beate felicitatis quoꝝ
nomina ſunt ianuarius
felix philippus ſiluanꝰ alexander
vitalis et marcialis·Hos omnes
cum matre iuſſu imperatoris an
thonij pnblius prefectus ad ſe vo
cari fecit·Suaſitqꝫ matri vt ſui et
filioꝝ ſuoꝝ miſereri debēt·Que
ayt Neqꝫ blandicijs tuis potēo al
lici nec terroribꝰ frāgi.Secuā em̄
ſum de ſpū ſācto quem habeo·qꝛ
te ſuperabo viua·et meliꝰ vincā
occiſa Et cõuerſa ad filios ait Vi
detē filij mei celū et ſurſū aſpicite
cariſſimi quia ibidem nos xp̄s ex
pectat·Fortiē ꝓ xp̄o pugnate et fi
deles vos in xp̄i amore exhibete·
Qꝫ prefectus audiens eam ala
pis cedi iuſſit.Cum ergo mater et
filij in fide conſtantiſſimi permane
rent·omnes matre vidente et cõ
fortante diuerſis ſunt ſupplicijs ī
teremptī ¶ Hanc beatam felicita
tem vocat gregorius pluſqꝫ marti
rem·quia ſepties paſſa eſt in ſep
tem filijs·et octauo in corpore ꝓ
prio ¶ Gregorius in omelia·Be
ata felicitas que credendo extitit
ancilla xp̄i predicando etiā facta
eſt mater xp̄i Septem quippe fili
os ſic pꝰ ſe viuos timuit relinque
re ī carne ſicut carnales parētes
ſolent metuere ne mortuos p̄mit
tant·Parturiuit ſpū quos carne
pepererat·vt p̄dicādo parēt deo
quos carne pepereāt mūdo·filios
ſuos quos carnē ſuā eſſe nouerat
ſine dolore nõ poterat morientes
videre·Sed eāt vis amoris itērior
que dolorem vinceret carnis·He
cte ergo hāc feminaꝫ vltra marti
rē dixerī q̄ toties ī filijs ē paſſa et
deſiderāt extincta·Dum em̄ mlti
plex martiriū timuit·ipſa quoqꝫ
martirij palmā vicit·quia et amo
re xp̄i ſola ſua mors ei minime ſuf
fecit·Paſſi ſunt autē circa ānos
dm̄ cētū et nouē·ſub decio īpatorē

De ſancta theodora·
Hyſtoria·lxxxvij·

Theodora nobilis mulier
et ſpecioſa apud alexan
driā tempore zenoīs impe
ratoris viruꝫ habebat diuitem ac
timenteꝫ deum·Dyabolus autem
theodore inuidens ſanctitati·vi
rum quendam diuitem in illius

concupiſcentiā incitauit· qui eā
crebris nuncijs ⁊ muneribus mo
leſtabat · vt aſſenſum ſibi prebe
ret · ſed illa nuncios reſpuebat
et munera contemnebat · In tā
tum aūt eam moleſtabat ꝙ ipſā
habere quietē non pmitteret et
pene deficere videretur · Tandem
quandam magam ad eam miſit·
que eā vt viri illius miſereretur
ſibiqꝫ conſentiret plurimū horta
batur · Que cum diceret ſe coram
oculis dei cuncta cernentis tā grā
de peccatū nūꝗ̄ cōmittere · male
fica adiunxit · Quicquid in die fit
hoc deꝰ vtiqꝫ ſcit ⁊ videt · Quicqd
autem veſperaſcēte et occidente ſo
le cōmittitur deꝰ minime intuetur
Dixitqꝫ puella malefice · Nūquid
veritatē dicis? Et illa · Etiā verita
tem dico · Decepta puella verbis
malefice dixit vt veſperāte die vi
rum ad ſe venire faceret · et volū
tatē ſuā cōpleret Quod cū viro re
tuliſſet vehementer exultans ille
hora q̄ dixerat ad eā venit ſecūqꝫ
concubuit et abſceſſit · Theodora
aūt ad ſeipſā rediens amariſſime
flebat · ⁊ faciē ſuā percutiebat dicēs
Heu me heu me perdidi animam
meam · deſtruxi aſpectum decoris
mei · Vir autē eius rediēs · ⁊ vx
orem ſuā ſic deſolatā et merentē
videns cauſam tamen neſciēs eā
conſolari nitebatur · ſed illa nullā
cōſolationē recipere volebat Ma
ne autē facto quoddā monaſteri
um monialiū adijt et abbatiſſā in
rogauit · an deꝰ quoddam genus
pcci ā ḡue delictū qd die adueſpe
raſcēte cōmiſeāt ſcire poſſet? Cui
illa · Nichil deo abſcōdi poteſt · et
deus ſcit et videt omne quod fit
quacumqꝫ etiam illud hora cōmit
tatur · Que flens amare dixit · Da
michi librum ſancti euangelij vt
ſortiar memetipſam · Et aperiens
reperit · Quod ſcripſi · ſcripſi · Re
diēs ergo domū dum quadam di
e vir ſuꝰ abeſſet · comā ſuā preci
dit · veſtimenta viri aſſumens ad
quoddā monaſteriū monachoꝝ
quod per decem ⁊ octo milia diſta
bat feſtinabat · ⁊ vt ibidem cum
monachis reciperetur petijt et qd
petijt impetrauit Interrogata de
nomine dixit ſe theodoꝝ nūcupa
ri · Illa ergo officia omnia humi
liter faciebat · ⁊ eius ſeruiciū om
nibꝰ gratum erat · Poſt aliquot au
tē annos abbas fratrem theodo
rum vocauit · ⁊ vt boues iūgēt ·
et oleū de ciuitate afferret prece
pit · Vir aūt eiꝰ plurimum flebat
timens ne cum viro altero receſ
ſiſſꝫ · Et ecce angelꝰ dn̄i ſibi dixit ·
Surge mane et ſta in via martirij
petri apoſtoli · et que tibi obuia
uerit ipā vxor tua erit Quo facto
theodora cum camelis venit et vi
rū ſuū vidēs ⁊ recognoſcēs intra
ſe dixit · Heu me vir bone quātū
laboro vt eripiar a peccato quod
feci in te? Cum aūt appropinqſſꝫ
ſalutauit eū dicens · Gaudeas do
mine meus · Ille aūt eam penitus
nō cognouit · Sed cum diutiſſime
expectaret · ⁊ ſe deceptum clama
ret · facta eſt vox ad eū dicens Il
le qui te heri mane ſalutauit vx
or tua erat · ¶ Tante aūt ſāctita
tis fuit beata theodora vt multa
miracula facēt · Nam ⁊ hoīē a be
ſtia laceratū eripuit · ⁊ ſuis pcibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ſuſcitauit. Ipſamqꝫ beſtiam inſe
cuta maledixit. que ſubito mortu
a corruit. Dyabolus autem ſancti
tatem ſuaꝫ non ferre valens eidē
apparuit dicēs. Meretrix pre om
nibus et adultera. reliquiſti virū
tuum vt huc venires et me cōtēp
neres? Per v̾tutes meas tremen
das ſuſcitabo prelium in te. et ſi
non te fecero crucifixum negare
nō dicas quia ego ſum. Ipſa ſibi
ſignum crucis edidit. ⁊ protinus
demon euanuit. ¶ Quadam aūt
vice cum de ciuitate cum camelis
rediret. et in quodam loco hoſpi
tata fuiſſet. puella quedam ad eā
de nocte venit dicens. Dormi me
cum. Quod cum reſpueret iuit ad
alterum qui in eodem hoſpitio ia
cebat. Cum autem eius venter in
tumuiſſet. et de quo concepiſſet i
terrogata fuiſſet. ayt Monachus
ille theodorus dormiuit mecum.
Natum igitur puer̄ ad abbatem
monaſterii tranſmiſerūt. Qui cū
theodor̄ increparet. ⁊ ille ſibi in
dulgeri peteret. ſcapulis eius pu
erū impoſuit. et de monaſterio ꝓ
iecit. Illa autem eiecta extra mo
naſteriuꝫ ꝑ ſepteꝫ annos manſit.
et de lacte pecor̄ puerū nutriuit.
Dyabolus autem tante eius patiē
tie inuidens in ſpeciem viri ſui ſe
transfigurauit eiqꝫ dixit. Quid
hic agis o dn̄a mea? Ecce langueo
ꝓ te nec aliquā conſolationem re
cipio Veni ergo lux mea. quia ſi
cum viro alio iacuiſti hoc tibi indul
geo. At illa credens virum ſuum
eſſe dixit ad eū. Nūquā ampliꝰ te
cum manebo. quia filius iohannis
militis dormiuit mecū. volo age

re penitentiam de eo ꝙ in te pec
caui. Et cum oraſſet demō ſtati
euanuit. et demonem eſſe agno
uit. ¶ Altera iterum vice dyabo
lus voluit eam terrere. Naꝫ i ſimi
litudinem ferarum terribiliuꝫ ad
eaꝫ demones venerunt. ⁊ vir qui
dam inſtigans eas dicebat Come
dite meretricem hanc Illa autem
orauit ⁊ euanuerūt. ¶ Altera vi
ce multitudo militū veniebat quā
princeps precedebat. ⁊ eum cete
ri adorabant. Dixeruntqꝫ milites
theodore. Surge ⁊ adora princip̄e
noſtrum. Que reſpondit. Domi
num deum adoro. Quod cum prī
cipi nūciatum fuiſſet. iuſſit eā ad
duci ⁊ tot tormentis affici vt mor
tua putaretur. Et poſtmoduꝫ om
nis turba euanuit. ¶ Altera ite
rum vice vidit ibidē aurū multuꝫ
que ſignās ſe refugit illud. et deo
ſe cōmendauit. ¶ Altera iterum
vice vidit quēdaꝫ caniſtr̄ plenum
omni genere cibor̄ ferētē. ⁊ ſibi
dicentem. Dicit princeps ille qui
te cecidit. Tolle comede. qꝫ neſci
ens fecit hoc. Illa aūt ſe ſignauit
et ꝓtinꝰ euanuit. ¶ Cōpletis au
tē ſeptē annis abbas patientiā eꝰ
cōſiderans eā recōciliauit. ⁊ cum
puero ſuo i monaſteriū introdux
it. vbi cum duos poſtmodum an
nos laudabiliter peregiſſet puer̄
accepit. et ſe cum illo in cella ſua
clauſit. Quod cum abbati reuela
tum fuiſſet miſit quoſdam mona
chos qui diligentiꝰ auſcultarent
quidnā cum eo loq̄retur. Illa aūt
puer̄ amplexās ⁊ deoſculans dix
it illi. Fili dulciſſime. tempus vitē
mee venit. relinquo te deo. ipſuꝫ

patrem et adiutorem habeas. Fi
li dilectiſſime ieiunijs et orationi
bus inſiſtas. et fratribus tuis de
uote ſeruias. et hec dicēs ſpm̄ tra
didit. et in domino feliciter ob
dormiuit. circa annos dn̄i q̄dringentos
gentos ſeptuaginta. Quod puer
cernēs plurimum cepit flere. ¶
In ipā āt nocte viſio mōſtrata ē
abbati i hūc mūdū. Nuptie maxīe
parabant. et veniebāt ordies āge
loꝝ ꝓphetaꝝ martiꝝ et omnium
ſanctoꝝ. Et ecce in medio eorum
mulier ſola glīa ineffabili circūda
ta et venit vſqꝫ ad nuptias. et ſedit
ſup lectū. et oēs aſtātes adorabāt
eā. Et audita ē vox dicēs Hic eſt
abbas theodorus. qui falſo de pu
ero accuſatus ē. et ſeptē tempora
ſup eam mutata ſūt. Caſtigata ē
eñ quia cubile viri ſui coinquina
uit. Excitatus āt abbas. conuocatꝰ
cum fratribꝰ ad cellā eꝰ iuit. et
ipſā iā defunctā inuenit. Et intran
tes et diſcooperientes ipſā eē fe
minā inuenerunt. Miſitqꝫ abbas
ꝓ patre puelle que eam infama
uerat. et dixit illi Vir filie tue mor
tuꝰ ē. et auferens veſtimentum
mulierē eē cognouit. Factus eſt
igitur timor magnꝰ ſuper omnes
qui hoc audierunt. Angelus aūt
domini locutus eſt abbati dicens
Surge velociter. equū conſcende
et in ciuitatem vade. et ſi quis ti
bi obuiauerit aſſume. et tecū ad
duc. Qui dum pgeret quidā vir
currens ſibi obuiauit. Quē cum
abbas īterrogaret quo curreret
ille ayt. Mulier mea defuncta ē.
et vado videre eā. Et aſſumpſit
abbas virum theodore in equum
et venientes plurimum fleuerūt
et ipſam cum multis laudibus ſe
pelierunt. Vir autem eius cellā
theodore vxoris ſue accepit. et ibi
dem permanens tandem in domi
no obdormiuit. Puer autem the
odore nutricē ſequens omni mo
rū honeſtate pollebat. ita q̄ mor
tuo abbate monaſterij ipſe in ab
batem vnanimiter eſt electus.

¶ De nominis ſancte margarete
interpretatione.

Margareta dicitur a qua
dam precioſa gemma q̄
margarita vocatur. Que gēma
eſt candida. pua et virtuoſa. Sic
beata margareta fuit candida p
virginitatem. pua per humilita
tē. virtuoſa per miraculoꝝ ope
rationem. Virtus autem huius
lapidis dicitur eſſe cōtra ſangui
nis effuſionem. cordis paſſionē.
et ad ſpiritus confortationem.
Sic beata margareta habuit vir
tutē cōtra effuſionem ſui ſangui
nis per conſtantiam. quia in ſuo
martirio conſtantiſſima extitit.
Contra cordis paſſionem. i. demo
nis temptationem p victoriam.
quia ipſum ſuperauit. Ad ſpiritus
confortationem per doctrinā. q̄
per ſui doctrinā multorū aīos
confortauit. et ad fidem xpi con
uertit. Eius legendam theotimus
vir eruditus ſcripſit.

¶ De ſācta margareta.
¶ Hyſtoria. lxxxviij.

Margareta de ciuitate an
tiochie fuit filia theodoſij
gentilium patriarche.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Nutrici hec traditur et ad adul
tam etatem veniens baptizatur·
et ꝓpter hoc exoſa patri plurimū
habebat· Quadā igit̄ die dū iā de
cimū quītū ānum attigiſſet·et cū
alijs virginib⁹ oues nutricis ſue
cuſtodiret · prefect⁹ olibrius ide
tranſitum faciens· ⁊ puellam tā
formoſam cōſiderans mox in ei⁹
amorē exarſit· et pueros ad ipſā
concitus miſit dicens· Ite ⁊ eā cō
prehendite vt ſi libera ē eā michi
in vxorem accipiā· ſi ancilla eam
michi in cōcubinā habeam · Cum
igitur eius conſpectui fuiſſ; pſen
tata eā de gn̄e ſuo ⁊ noīe ac reli
gione requiſiuit Illa autē reſpō
dit ſe genere nobilem et nomine
margaretā ac religione xpianā
Cui prefectus· Duo prima tibi re
cte conueniunt· q̄ et nobilis habēis
et margarita pulcherrima cpro
baris· Sed tertiū tibi non conue
nit· vt puella tam pulchra ⁊ nobi
lis deum habeat crucifixum· Cui
illa · Vnde ſcis xpm̄ crucifixū? Et
ille · Ex libris xpianoꝝ· Cui mar
gareta· Cū ibi legatur xpī pena
et gloria· que verecundia ē veſtra
vt vnū credatis et alterū denege
tis? Cū autē margareta eū ſpōte
crucifixū aſſerēt ꝓ redemptione
noſtra· ſed nunc etērnum viuere
affirmaret· iratus prefectus eam
in carcerem mitti iuſſit· Sequenti
autem die eam ad ſe venire fecit·
eiq̄ dixit· Bona puella miſerere
pulchritudinis tue et deos noſtros
adora vt bene tibi ſit· Cui illa· Il
lum adoro· quē terra tremiſcit·
mare formidat· venti ⁊ omnes cre
ature timent· Cui prefectus Niſi
michi conſenſeris· corpus tuū fa
ciā laniari· Cui margareta Xpc
ſemetipſum pro me in mortē tra
didit et ideo pro xpo mori non du
bito · Tunc prefectus iuſſit eam
in eculeum ſuſpendi· et tam cru
deliter primo vgis· deinū pectini
b⁹ ferreis vſq̄ ad nudationem oſ
ſium laniari· ita q̄ ſanguis de ei⁹
corpore tamq̄ de fonte puriſſimo
emanauit· Flebāt aūt qui ibi ad
erant et dicebant· O margareta
vere de te dolemus· quia corpus
tuum tam crudeliter lacerari con
ſpicimus· O qualem amiſiſti pul
chritudinem propter tuam incre
dulitatem· Iam nunc ſaltem cre
de vt viuas Quibus illa· O mali
conſiliarij recedite et abite· Hec
carnis cruciatio · anime eſt ſalua
tio· Dixitq̄ ad prefectum· Impu
dens canis· inſtabilis leo · in car
ne poteſtatem habes ſed animam
xpc reſeruat· Prefectus autē fa
ciem clamide cperiebat · nec tan
tam ſanguinis effuſionem videre
poterat Deinde eam deponi fecit·
et recludi in carcerem iuſſit· Vbi
dum eſſet orauit dn̄m· vt inimicū
qui ſecum pugnabat ſibi viſibili
ter demonſtraret· Et ecce draco
immaniſſimus ibidē apparuit· ⁊
os ſuper caput eius ponens et lin
guā ſup calcaneū porrigens· ipā
protin⁹ deglutiuit· Sed dum eam
abſorbē vellet ſigno ſe crucis mu
niuit· et draco virtute crucis cre
puit· et virgo illeſa exiuit· Iſtud
atem quod dicitur de draconis de
uoratione· et ipſius crepatione a
pocrifū reputat̄ ¶ Dyabol⁹ iterū
vt eam decipere poſſet in ſpeciem

hōīminis ſe mutauit. Quem vi
dens in orationem ſe dedit. Et dū
ſurrexiſſet dyabolus ad eam ac
ceſſit. et manū tenēs dixit Sufficiat
at tibi qđ feciſti. iamnūc ceſſa de
mea pſona. Illa autē eum appre
hendit p caput. et ſub ſe ad terrā
deiecit. et ſup ceruicem eius dex
terū pedē poſuit dicens. Sterne
ſuperbe demō ſub pedib9 femine.
Demon autē clamabat. O beata
margareta ſuperatus ſum. Si iu
uenis me vinceret nō curarē. Ec
ce a tenera puella ſuperatus ſū. et
inde plus doleo. quia pater et ma
ter eius amici mei fuerūt. Illa ve
ro illū coegit vt diceret. cur veniſ
ſet Qui ſe veniſſe ait. vt ſibi con
ſuleret q̄ monitis preſidis obedi
ret. Coegit quoq̄ vt diceret. cur
xpianos tam multipliciter temp
taret. Qui reſpondit. naturale
ſibi eſſe odium cōtra viros v̓tuo
ſos. et q̄uis ſepe expellatur. tamē
deſiderio ſeducendi infeſt9 exiſtit.
et quia inuidet homini de felicita
te quā ipſe amiſit. q̄uis eā recu
perare nō poſſet ipſam tamen ali
is auferri ɔtendit Addiditq̄ q̄ ſa
lomon infinitam demonū multitu
dinem in quodam vaſe incluſit.
ſed poſt mortē ſuam cum de illo
vaſe ignem mitterent. et homīēs
ibidem magnum eſſe theſaurum
demones ſeuā ſuſcitāt tempeſtatē
dicentes. Ve nobis quia protho
martir ſtephanus trāſit dico nos
verberans igne. Cum ergo naute
naufragiū formidarēt. ſtephan⁹

inuocatur. et continuo apparuit
eis dicẽs. Ego ſũ nolite timere.
Statimq; trãquillitas magna ſub
ſecuta eſt. Tunc audite ſunt vo
ces demonum clamantiũ. Impie
princeps nauem incẽde. quia aduer
ſarius noſter ſtephanus eſt in ea.
Tũc princeps demonum quinq;
demones qui nauem incenderent
miſit. ſed angelus dñi eos in ꝓfũ
dum demerſit. Et cum calcedonẽ
veniſſent demones clamabant.
Seruus dei venit qui lapidatus ẽ
ab iniquis iudeis. Conſtantinopo
lim ergo incolumes peruenerũt.
et in quadam eccleſia corpus ſan
cti ſtephani cum magna reueren
tia condiderũt. Hec aug9. ¶ Cõ
iunctio aũt corporis ſãcti ſtepha
ni cum corpore ſancti laurẽtij hoc
ordine facta fuit. Contigit enĩ eu
doſiam filiam theodoſij imperato
ris a demõe grauiter cruciari. qđ
cum patri conſtantinopolim inti
matum fuiſſet. iubet filiam cõſtã
tinopolim adduci. vt ſacroſãctis
prothomartiris reliquijs tangere
tur. Demon autẽ in ea clamabat
Niſi ſtephanus romam veniat nõ
exibo. qm̃ ſic eſt apłoꝝ voluntas
Quod cum imperator audiſſet. a
clero et populo conſtãtinopolita
no obtinuit vt corpus ſancti ſte
phani romanis darent. et ipſi ſã
cti laurentij corpus acciperent.
Tunc imperator ſuper hoc pelagio
pape ſcripſit. Papa vero de conſi
lio cardinalium imperatoris petiti
oni conſenſit. Miſſi ergo conſtan
tinopolim corpus ſancti ſtephani
romam deferunt. et greci pro ac
cipiendo corpore ſancti laurentij
proſequuntur. Caput ergo et cor
pus ſancti ſtephani prothomarti
ris recipiunt. et brachiũ eius dex
trum a capuanis deuotis precib9
obtinetur. et metropolitana ec
leſia in eius honore fabricatur. Cũ
autem romam veniſſet. et in ec
cleſia ſãcti petri ad vincula corp9
deferre vellẽt. vectores ſubſiſtũt
nec vltra procedere poſſunt. Demõ
autẽ in puella clamabat. Fruſtra
laboratis. quia nõ hic. ſed apud fra
trem ſuum laurentium ſedem ele
git. Illuc igitur corpus defertur.
et ad eius tactum puella a demo
nio liberatur. At laurentius fr̃is
ſui aduentui quaſi congratulans
et arridens in alteram partem ſe
pulchri receſſit. et medietatem il
lius fratri vacuã dereliquit. Gre
ci vero dum manus apponunt vt
laurentium auferant. ad terram
velut exanimes corruerũt. Sed o
rantibus pro eis papa et clero et
populo. vix ad ſe ad veſperam re
dierunt. omnes tamen infra decẽ
dies mortui ſunt. latini etiã qui
ſibi conſenſerant in freneſim ver
ſi ſanari nõ potuerũt. quoadusq;
ſanctorum corpora inſimul cumu
lata fuerunt. Tunc vox de celo au
dita eſt. O felix roma que corpus
laurentij hiſpani. et ſtephani ihe
roſolimitani glõſa pignora vno
claudis mauſoleo. ¶ Refert au
guſtin9 in libro viceſimoſecundo
de ciuitate dei ſex mortuos ad in
uocationem ſancti ſtephani ſuſci
tatos. videlicet quendam qui cũ
mortuus ſic iaceret vt ei iam pol
lices ligarentur. inuocato ſuper
eum nomĩe beati ſtephani cõtinuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ſuſcitatus eſt ¶ Itē quēdam pu
erum a plauſtro contritum · quē
mater ad eccleſiam ſancti ſtepha
ni deferens · viuum et ſanum rece
pit · ¶ Item quandā ſanctimo
nialem que cum in extremo ſpū
conſtituta ad eccleſiā ſtephani de
lata fuiſſet et ibi expiraſſet · vidē
tibus omnibus et ſtupentibus ſa
nata ſurrexit · ¶ Item quandā
puellam apud yponem cui⁹ tuni
cam cum pater ad eccleſiam ſācti
ſtephani deportaſſet · eam poſtmo
dū ſuper corpus defuncte ſibe pro
iecit et illa ſtatim ſurrexit · ¶ Itē
quendam iuuenem apud yponem
cuius corpus cum vnctum fuiſſet
oleo ſancti ſtephani ſtatim ſurre
xit · ¶ Item quendā puerū qui
cum ad eccleſiam ſancti ſtephani
mortu⁹ fuiſſet delatus · ad inuoca
tionem ſancti ſtephani vite eſt ꝓ
tinus reſtitutus · ¶ De hoc mar
tire precioſo ſic dicit auguſtinus.
Martirē iſtum gamaliel ſtolatus
reuelauit · ſaulus ſpoliatus lapi
dauit · xp̄s pannis inuolutus dita
uit et precioſo lapide coronauit ·
In ſtephano emicuit pulchritudo
corpis · flos etatis · eloquentia ſer
mocinationis · ſapientia ſāctiſſi e
mētis · opatio diuinitatis · Idem ·
Fortis columna dei cū inter lapi
diſtras manus captatorio forcipe
teneretur · fide laudabil' igniebatur et premebatur · feriebatur et
producebatur · ſtringebatur et
angebat' · cedebatur et non vince
batur · Idem ſuper illud · Dura ceꝛ
uice ꝛc̄ · Hic nō blanditur ſed in
uehitur · Nō palpat ſed ꝓuocat ·
Nō trepidat ſed inſtigat · Attēde

ſtephanū cōſeruū tuū · homo erat
ſicut et tu · de maſſa peccati erat ſi
cut et tu · eo precio redēptus quo
et tu · Dyaconus erat · euangeliū
legebat · qd legis vel audis et tu ·
Ibi inuenit ſcriptū · Diligite inimi
cos veſtros ꝛc̄ · Didicit legendo ·
perfecit obediēdo et operando.

De nomine.

Dominicus dicit' quaſi dn̄i
cuſtos vel a dn̄o cuſtodit⁹
Vel dicit' dominicus quā
tū ad ethimologiā huius nois qd
eſt dn̄s · Dicit' aūt cuſtos dn̄i trib
modis · ſcilicet cuſtos honoris dn̄i
quo ad deū Cuſtos vinee domini
vel gregis dn̄i quo ad proximū.
Cuſtos volūtatis dn̄i ſiue p̄cepto
rū dn̄i quo ad ſeipſū · ¶ Scd̄o dicit'
dominic⁹ quaſi a dn̄o cuſtoditus.
Dn̄s enī cuſtodiuit ipſū quantum
ad triplicē ſtatum ſuū · in quorum
primo fuit laycus · in ſecūdo regu
laris canonicus · in tercio vir apoſ
tolic⁹ Nā i p̄mo eū cuſtodiuit faci
endo eum laudabiliter incipere · in
ſecūdo feruent' proficere · in tercio
pfectionē apprehēdere · ¶ Tercio
poteſt dici dn̄icus p ethimologiā
hui⁹ nois dn̄s · Dominus namq
dicit' quaſi donans minas · vel do
nans munus · vel donās min⁹ Sic
btūs dn̄icus fuit donās id eſt do
nās minas p iniuriaꝝ dimiſſionē
Donās mun⁹ per liberalem largi
tionem · q2 nō ſolū ſua pauperib⁹
tribuit · ſed etiā ſeipſū pluries vē
dere voluit · Donās minus per coꝛ
poris macerationē · q2 corpi ſuo ſē
per minus dabat q̄ appetebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

¶ De ſancto dominico confeſſore
¶ Hiſtoria centeſimanona.

Dominicus ordinis pͥdica
toꝝ dux ⁊ pater inclitus
ex hiſpanie partib⁹ villa
q̄ dicit̄ callaroga exomēſis dioce
ſis. patre filice. matre vero iohan
na noīe ſcd̄m carnē duxit originē
Cuius mater ante ipſius ortū vi
dit in ſomnis ſe catulū geſtantē
in vtero. ardentē in ore faculā ba
iulantē. qui egreſſus ex vtero to
tam mūdi fabricam incendebat.
¶ Cuidā etiā matrone que ipſū
ex ſacro fonte leuauerat. videba
tur ꝙ dominicus ſtellā prefulgidā
haberet in fronte que totum or
bem illuſtrabat. ¶ Dū adhuc eſſꝫ
puerulus et ſub nutricis cuſtodia
conſtitutus. deprehenſus eſt ſepe
lectū dimittere ⁊ ſup nudā terrā
iacere. ¶ Miſſus tandē valentiā
ad ſtudiū amore ſapiētie addiſcen
de. vinū per decenniū nō guſtauit
Vbi cū fames valida eſſꝫ. libros
cum omni ſua ſupellectili vēdidit
et preciū eoꝝ pauperibus eroga
uit ¶ Creſcente iam ſua fama ab
epō exomenſi in ſua eccīa canoni
cus efficitur regularis. et poſtmo
dū omnibus factus vite ſpeculū
a canonicis ſubprior ordinatur.
Ipſe aūt nocte ac die lectioni et
orationi vacabat aſſidue. deū ex
orans. vt ſibi hanc gratiam infun
dere dignaretur qua ſe totū aliqn̄
ſaluti poſſꝫ impendere ꝓximorū
In libro quoqꝫ de collationibꝫ pa
trū ſtudioſiſſime legens magnum
perfectionis cumulum apprehēdit
¶ Pergens autem cum predicto
epiſcopo tholoſām deprehēdit hoſ
pitē ſuū heretica prauitate corru
ptum. quē ad fidem xp̄i cōuertit
et quaſi quendam primitiaꝝ ma
nipulū future meſſis dn̄o preſēta
uit ¶. Legitur in geſtis comitis
montis fortis. ꝙ cum beatus do
minicus quadam die aduerſus he
reticos predicaſſꝫ. autoritates q̄s
in mediū produxerat redegit in
ſcriptis. et cuidam heretico cedu
lam illam tradidit. vt ſuper obie
ctis deliberare deberet. Illa autē
nocte ad ignem hereticis congre
gatis. cedulam quam receperat
produxit in medium. Cui ſocij di
xerūt vt in ignem eam proicerꝫ.
et ſi comburi contingeret. eorum
fides imo perfidia vera eſſꝫ. Si ve
ro comburi nō poſſꝫ. veram fidem
romane eccleſie predicaret. Qua
propter cedula in ignem proicit̄.
Que cū aliquātulū morā in igne
feciſſet. incombuſta ab igne pro
tinus cunctis ſtupentibus proſili
uit. Vn⁹ autem ceteris durior di
xit Proiciat̄ iteꝝ et ſic expiemur
plenius veritatē. Proicit̄ iteꝝ et
ꝓſiliuit incombuſta. Iteꝝ ille di
xit. Tercio proiciatur. et tūc ſine
dubio rei exitum cognoſcemus.
Proicitur tercio ⁊ iterum incom
buſta proſiliit et illeſa. Heretici
autem in ſua duricia permanētes
diſtrictiſſima inter ſe firmatione
iurauerūt ne aliquis hoc publica
ret Quidam tamen miles qui ibi
aderat. ⁊ qui nrē fidei aliquantu
lū adherebat iſtud poſtmodū pub
licauit. Factum autem eſt iſtud a
pud montem victorialem. ¶ Si
mile quoddā dicitur accidiſſe apd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

phanum iouis· indicta ibidem in
diebus illis quadaꝫ contra hereti
cos diſputatione ſolemni. ¶ Cū
in partibus albigenſium morbus
heretice prauitatis increſceret· ac
apud phanū iouis celebris diſpu
tatio indicta eſſꝫ· vt ſub iudicibꝰ
deputatis ab vtraqꝫ pte ſcripta
pſentari debeat aſſertio fidei quā
quiſqꝫ credebat· libellꝰ ſancti do
minici pre ceteris catholicorum li
bris eligit̄ et in medium preſenta
tur· Veꝝ iudicibꝰ inter ſe diſcre
pātibus· ſtatutū eſt vt vtroſqꝫ li
bellos in ignē proicerēt· et quem
non cōburi cōtingeret· ille veraꝫ
fidē pculdubio cōtineret. In ma
gnū igit̄ ignē accēſū piecti· here
ticoꝝ liber ſtatim comburitur. li
bellus vero ſancti dominici nō le
dit̄· verū ab igne proſilit in lōgin
quū. Secūdoqꝫ iniectus ac tercio
eque ꝓdijt incombuſtꝰ ¶ Ceteris
igit̄ ad propria redeuntibus· et
epiſcopo exomenſi defuncto· ſolꝰ
ibidē ſcūs dñicus cum paucis ſibi
adherētibus manſit· contra hereti
cos verbū dei ꝯſtāter annūcians·
Irridebāt aūt eum aduerſarij ve
ritatis ſputa lutū et huiuſmodi vi
lia proiciētes in eū· et a tergo p
deriſu ſibi paleas alligantes Cum
autem ſibi interitū minarent̄ imp
territus rñdebat· Non ego marti
rij dignus ſū gloria· nondum me
rui mortem iſtam Quapropter locū
trāſiēs· in quo ſibi parate fuerāt
inſidie nō ſolū intrepidus· verum
etiam cantans et tam alacer ince
debat ꝙ illi admirantes dixerūt
ei· Nunquid nō tu mortis horrore
concuteris? Quid acturus eras ſi
te comprehendiſſemus? At ille·
Rogaſſem vos ne repentinis ſubi
to me perimeretis vulneribꝰ· ſed
paulatim et ſucceſſiue mēbra ſin
gula mutilantes artaretis. Dein
de oſtenſis corā meis oculis detrū
catis membroruꝫ particulis· ipōs
etiam oculos eruentes· ad vltimū
ſemiuiuum laceratumqꝫ corpus
ſic permitteretis in ſuo ſanguine
volutari. vel prorſus ad libituꝫ ve
ſtrum necaretis· ¶ Cum quen
dam reperiſſet propter nimiam
quam patiebatur inopiam hereti
corum conſortijs adheſiſſe· decre
uit ſeipſum venundare. quatenꝰ
ex accepto precio de ſeipſo et ege
ſtatis ſimul occaſionē precideret.
et ſub errore venundatū libera
ret· quod ⁊ feciſſet niſi inopie eiꝰ
diuina miſericordia aliter ꝓuidiſ
ſet· ¶ Alias etiā cum quedā mu
lier fratrem ſuum in ſarracenorū
captiuitate detentum lamentabi
li ſibi conqueſtiōe exponeret· nul
lumqꝫ ſibi ad eius liberationeꝫ fa
teretur ſupeſſe conſilium· Ille in
tima compaſſione cōmotꝰ ſeipſū
pro redemptione captiui vēdendū
obtulit· ſed deus qui ipſum neceſ
ſariorem ad redemptionem ſpiri
tualem multorum captiuorum p̄
uiderat non permiſit· ¶ Hoſpi
tatus beatus dominicus in parti
bus tholoſanis apud quaſdaꝫ ma
tronas ab hereticis per oſtentati
onem religionis deceptas· per to
tam quadrageſimam vt ſic clauū
clauo obtunderet. in pane ſolo et
aqua frigida cum adiuncto ſibi
ſocio ieiunauit· Nocte vero vigi
lās cum neceſſitas cogebat· laſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

membra ſuper nudam tabulaꝫ re
clinabat. Sicqꝫ factū eſt vt illas
matronas ad agnitioneꝫ verita
tis perduceret. ¶ Poſt hec auteꝫ
cepit de inſtitutione ordinis cogi
tare. cuius officiū eſſet per mūdū
predicādo diſcurrere. ⁊ cōtra he
reticos fidē catholicā cōmunire.
Cū ergo māſiſſet in partibus tho
loſanis per decē annos a tranſitu
exomenſis epiſcopi vſqꝫ ad tem
pus quo lateranenſe conſiliuꝫ de
buit celebrari. cum falcone tholo
ſano epo romā ad conſiliū genera
le adijt. ac a ſummo pontifice ino
centio ordinē qui predicatoꝝ dice
retur. et eſſet confirmari ſibi ſu
iſqꝫ ſucceſſoribꝰ poſtulauit. Qui
cum aliquātulū ſe difficilē exhibe
ret. nocte quadaꝫ idē pontifex vi
debat in ſomnis ꝙ lateranenſis
eccleſia grauē ruinā ſubito mina
ret. Qd dū tremens aſpiceret ex
aduerſo vir dei dominicꝰ occurre
bat. humeriſqꝫ ſuppoſitis. totam
illam caſuram fabricam ſuſtenta
bat. Euigilās aūt et viſionē itelli
gēs. petitionē viri dei hilariter ac
ceptauit. hortans vt ad frēs ſuos
rediens. regulam approbatā ſibi
eligeret. et ſic ad ipſum rediens.
cōfirmationē ad libitū reportaret
Regreſſus ergo verbum ſūmi pō
tificis fratribꝰ patefecit. Erāt au
tem fratres numero circiter ſede
cim. Qui inuocato ſpū ſancto. re
gulā beati auguſtī doctoris ⁊ pre
dicatoris egregij. ipſi pariter et
re ⁊ noīe predicatores futuri vna
nimiter elegerūt. Quaſdā quidē
arctioris vite cōſuetudines quas ſi
bi per formas cōſtitutionuꝫ obſer
uandas ſtatuerūt inſuper aſſumē
tes. Veꝝ interea innocentio defūc
to. et honorio in ſūmū pontificem
ſublimato. cōfirmationem ordinis
āno dnī milleſimo ducēteſimo deci
mo ſexto a predicto honorio impe
trauit. ¶ Dū ergo rome in eccle
ſia ſcī petri pro dilatatiōe ſui ordīs
exoraret. glōſos principes aplōꝝ
petruꝫ et paulum ad ſe venientes
aſpexit. Quoꝝ primus videlicet
petrus baculū. paulus vero ſibi li
brum tradere videbantur. Adde
bantqꝫ dicentes. Vade predica.
qm̄ a deo ad hoc miniſteriū es ele
ctus. Moxqꝫ in momēto tempo
ris videbatur ei ꝙ filios ſuos per
totū mundum diſperſos aſpiceret
incedētes binos et binos ⁊ verbū
dnī populis predicantes. Qua ppt
tholoſam rediēs. fratres ſuos diſ
perſit. ⁊ quoſdam pariſius. alios
bononiam. et quoſdā in hiſpaniā
deſtinauit. Ipſe vero romā reuer
ſus eſt. ¶ Monachꝰ quidā an
ordinis predicatorum inſtitutiōeꝫ
in extaſi factus vidit beatam vir
ginem flexis genibꝫ ⁊ iunctis ma
nibus pro humano genere filiuꝫ
deprecantem. Qui dans ſepe pie
matri repulſam. tandem inſtan
ti ſic ait. Mater mea quid poſſum
vel debeo illis amplꝰ facere? Pa
triarchas et prophetas miſi et parū
ſe emendarunt. Veni ego ad eos
deinde miſi apoſtolos. et me et il
los occiderunt. Miſi martires et
confeſſores et doctores. nec illis
acquieuerunt. Sed quia non eſt
phas vt tibi aliquid denegem. da
bo eis predicatores per quos vale
ant illuminari et mūdari. Siaūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

deniam contrā illos. ¶ Similem
viſionem alius vidit eo tempore
quo duodeci abbates ciſtercienſ
ordis tholoſam contra hereticos
ſunt tranſmiſſi. Nam cum filiꝰ ma
tri oranti reſpondiſſet vt ſupra.
dixit mater. Bone fili nō ſcd̄m e
orū maliciā. ſed ſcd̄m tuā; miſeri
cordiā agere debes. Tūc filius vi
ctus matris precibus ait. Ad vo
tū tuum adhuc hanc cum eis miſe
ricordiam faciā. quia predicatores
meos eis mittā qui eos moneant
et informent. Et ſi ſe nō correxe
rint. amplius iam nō parcam.
¶ Quidā frater minor qui multo
tempore ſocius ſancti franciſci ex
titerat pluribus fratribus de ordi
ne predicatorū narrauit. quod cum
beatus dominicus rome pro con
firmatione ordis ſui apud papā;
inſtaret. nocte orans vidit ī ſpū
xp̄m in aere exiſtentē. et tres lā
ceas in manu tenentem et contra
mundum eas vibrantem. Cui ve
lociter mater occurrit et quidnā
vellet facere requiſiuit. Et ille.
Ecce totus mundus tribus vicijs
plenus eſt. ſcȝ ſuperbia. cōcupiſcē
tia. auaricia. Et ideo hijs tribus lā
ceis eum volo perimere. Tūc ergo
ad eiꝰ genua procidēs ait. Fili cariſ
ſime miſerere. et tuā iuſticiā miſē
ricordia temperato. Cui xp̄s. Nō
ne vides quāte mihi iniurie irro
gant? Cui illa. Tempera fili furo
rē et pauliſper expecta. Habeo e
nim fidelē ſeruū et pugilē ſtrēnu
um. qui vbiqȝ diſcurrēs mūdum
expugnabit et tuo dominio ſbiu
gabit. Aliū quoqȝ ſeruū ſibi in ad
iutoriū dabo qui ſimiliter certabit

Cui filius. Ecce placatus faciē tu
am ſuſcepi. ſed vellem ego videre
quos vis ad tantū officiū deſtina
re. Tūc illa xp̄o ſanctū dominicū pre
ſentauit. Cui xp̄s. Vere bonꝰ et
ſtrēnuus pugil iſte et ſtudioſe fa
ciet q̄ dixiſti. Obtulit et ei ſcm̄ fran
ciſcū. et hūc xp̄s ſicut et primū pa
riter cōmendauit. Sctūs ergo do
minicus ſociū ſuū in viſione ſua di
ligenter cōſiderās. quē ante nō vi
derat in craſtino in eccleſia inuē
tū. ex hijs que de nocte viderat ſi
ne indice recognouit. et in eius am
plexus et oſcula ſancta ruens ait
Tu es ſocius meꝰ. Tu pariter cur
res mecū. ſtemus ſimul et nullus
aduerſariꝰ preualebit. Viſionem
quoqȝ predictā ſibi per ordinem e
narrauit. Et extunc factū eſt eis
cor vnū et aīa vna in dn̄o. quod et
p ſuos poſteros mādauerūt ppe
tuo obſeruari. ¶ Cū quendā no
uiciū apulum recepiſſȝ ad ordicȝ.
quidā qui ꝓdicti nouicij ſocij fue
rāt ad eū peruenerunt. quod ad ſecu
lū iā redire deliberans. veſtes ſu
as modis oībus expetebat. Quod be
atus dominicus audiens orationi
ſe dedit. Igitur cum dictum iuue
nem iam religioſis veſtibus expo
liaſſent. et iam ſua camiſia induiſ
ſent. ille magnis vocibus clamare
cepit. En eſtuo. en ardeo. en totꝰ
exuror. Extrahite extrahite hanc
camiſiam maledictam que me to
tum exurit. Nullo ergo modo qui
eſcere potuit. quouſqȝ exutus ca
miſia religioſis veſtibȝ denuo eſt
indutus et ad clauſtrum reductꝰ.
¶ Exiſtēte beato dominico bono
nie. cum frēs iam ad dormiēdum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

iuiſſent· quidam frater cōuerſus
a diabolo vexari cepit· quod cum
frater reyn̄erus lauſanenſis ma
giſter eius audiſſet· beato domi
nico hoc ſtuduit indicaꝛ̄· Sanctꝰ
autem dominicus ad eccleſiaꝫ an
te altare ipſum portari precepit
Qui cum fuiſſ; vix a decem fratri
bus deportatus· dixit beatus do
minicꝰ· Adiuro te miſer vt dicas
mihi quaꝛ̄ vexas creaturam dei.
et quare et qn̄ ꝯ quō huc intraſti
Qui rn̄dit· Vexo eū qꝛ meruit.
Bibit em̄ heri in ciuitate ſine licē
tia· et nō adhibito ſigno crucis.
Vnde tunc intraui in eum in ſpe
cie bubonis· quin potius ipſe ſimꝉ
cū vino me bibit· hoc aūt tūc eū
bibiſſe vexꝝ cōpertū eſt Inter hec
factū eſt primū ſignuꝫ ad matuti
nas· quo audito dyabolus qui in
eo loquebaꝛ̄ dixit. Ammodo hic
plus ſtare non poſſum· ex quo ca
puciati ſurgūt· Et ſic ad oratione̅
beati dominici exire compulſus e̅
¶ Cum in partibus tholoſanis
quoddā flumen tranſiſſet· libri e
ius nullū habentes conſeruatori
um in flumine ceciderunt· Die ter
cia piſcator quidā ibidē hamū proi
ciens· cum magnuꝫ piſcem ſe prē
didiſſe putaret· libros illos extra
xit penitus ſic illeſos ac ſi i aliquo
armario fuiſſent cū ſumma diligē
tia cuſtoditi· ¶ Cum ad quoddaꝫ
monaſterium veniſſet et fratres
quieſcerent· nolens eos inquieta
re· oratiōe fuſa clauſis ianuis mo
naſterium cum ſocio introiuit.
¶ Idem etiam compertum eſt cū
in conflictu hereticoꝝ cū quodam
conuerſo ciſterſienſium fuiſſ;· Nā
cum ſero ad quandam eccleſiam
deueniſſent ꝯ clauſam inueniſſēt·
oratione fuſa a beato dominico·
intus ſe ſubito inuenerunt· et no
ctem illam totam in oratione du
xerunt· ¶ Poſt laborem itineris
anteq̄ͥ ad hoſpitiū deueniſſent· ſi
tim ad fontem aliquem extingue
re conſueuit· ne in domo hoſpitis
plus bibendo aliquam notam in
curreret. ¶ Scolaris quidam
carnis lubricū patiēs venit i quo
dam feſto ad domum fratrum vt
ibi miſſam audiret. Contigit aūt
tunc miſſam beatum dominicum
celebrare· Cum autem ad oblati
onem deuentum fuiſſet· dictꝰ ſco
laris acceſſit· et manū eius cum
magna deuotione oſculatus eſt·
Quam cum oſculatus fuiſſet· tan
tam ex ipſa prodire ſenſit odoris
fragrantiam· quantā in vita ſua
nunq̄ͥ aliquando eſt expertus Et
extunc eſtus libidinis mirabiliter
in eo refrigiuit· vt qui āte erat va
nus et lubricus· efficereꝛ̄ poſtmo
dum continens atqꝫ caſtꝰ· Et qui
pridem operibus carnalibus inhiā
do conſenſit· poſtmodum abſtinē
tie puritate nitebat· Quem tunc
cogitationum malarum traxit il
luuies. nunc fragrantibus caſtio
nijs· ac ſuccenſis intus deſiderijs
ardentibus· eiſdem cogitatibꝰ ſal
tem nō conſentire dinoſcebatur·
O quanta mundicie puritate illiꝰ
caro pollebat. cuius odor tam mi
rabiliter ſordes mentis purgabat
¶ Sacerdos quidam videns ali
quando beatum dominicum cum
ſuis fratribus predicationi tam
diligēter inſiſtere· deliberauit eis

adherere dūmodo nouū teſtamē
tū ſibi ad p̄dicandū neceſſariū ha
bere poſſet. Hec ipſo cogitante.
quidā iuuenis pulcerrim⁹ venale
teſtamētū ſb̄ veſte baiulās affuit.
quod ſtatim cum magno deſiderio
ſacerdos emit. Sꝫ dum adhuc ali
quātulū dubitaret fuſa ad deū p̄
ce. impreſſa quoqꝫ ſup librū exte
ri⁹ cruce librum aperuit ⁊ oculos
ad capitulū qđ primo ſe obtulit
mox cuertit Et illud quod in acti
bus apoſtoloꝝ petro dictū ē eideꝫ
occurrit. Surge deſcēde ⁊ vade cū
eis. michil dubitans ꝙ ego miſi il
los Statimqꝫ ſurgens . eiſdem ad
heſit. ¶ Cum in partib⁹ tholoſa
nis in theologia regeret . magiſt̄
quidā ſcientia ⁊ fama preclarus
quodā mane ante ortū ſolis dum
ſuas lectōnes p̄uideret oppreſſ⁹ ſō
no caput ſuū in cathedra reclina
uit. viſūqꝫ ē ſibi ꝙ ſeptē ſtelle ſibi
p̄ſētarent. Qui dum de nouitate
talis exenij plurimū miraret. ſub
ito i lumine ⁊ quātitate predicte
ſtelle in tantū creuerūt ꝙ totum
mūdū illumnauerūt . Qui euigi
lans quidnā ſibi hoc vellet pluri
mū mirābat. Ecce dum ſcholas in
traſſet ⁊ legeret. beat⁹ dominic⁹
et cū eo ſex fratres eiuſdē habit⁹
ad p̄dictuꝫ magiſtrū humiliter ac
ceſſerunt ⁊ ſuū ei ꝓpoſitū intiman
tes dixerunt. ꝙ ſcolas ſuas cupe
rent frequētare Qui recolēs viſi
onem. ipſos eſſe ſeptē ſtellas q̄s
viderat nullatenus dubitauit. &
ſpū quo reuelante hoc didicit cre
didit. ¶ Rome viro dei domini
co poſito . vir quidam magiſter
reynaldus ſācti auiani aurelianē
ſium decanus . qui etiam pariſius
in iure canonico rexerat annis
quinqꝫ romam cum aurelianenſi
um epiſcopo mare trāſiturus ad
uenerat Dudum autem in propo
ſito ſuo habebat. relictis omnibꝫ
predicationi īſiſtere. Sed quo nā
modo id complere poſſet nonduꝫ
aduerterat. Cum autem a quodā
cardīali cui huiuſmodi votum ex
preſſerat de inſtititutione ordinis
predicatorum didiciſſet. et beato
dominico accerſito eideꝫ ſuum ꝓ
poſitum reuelaſſet . extunc ipſius
ordinis deliberauit ingreſſuꝫ Nec
mora graui febrium infirmitate
arripitur . ⁊ de eius ſalute penit⁹
deſperatur Perſeuerante autem
in oratione beato dominico ac be
atam virginem cui tanq̄ꝫ ſpecia
li patrone curam ordinis totam
commiſerat exorante. vt vel ſaltē
modico tempore eum ſibi conce
dere dignaretur . ecce ſubito regi
nam miſericordie admodum ſpe
cioſis comitatam puellis reynal
dus euigilans et mortē expectās
ad ſe viſibiliter venientem aſpē
xit . blandaqꝫ facie dicentem ſibi
Pete a me quid vis et dabo tibi.
Deliberantiqꝫ quid peteret. vna
ex predictis puellis ſuggeſſit ne
quid peteret ſed ſe totum regi
ne miſericordie voluntati commit
teret. Quod dum feciſſet illa ma
num extendēs virgineam. aures
eius . nares . os . manus renes . ⁊
pedes ſalutari quam ſecum detule
rat vnctione perunxit. formulas
verborum proprias ad ſingulas
vnctiones ſubinferens Ad renes
ait. Stringantur renes tui cingu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

lo caſtitatis. Ad pedes ait. Vngo
pedes tuos in preparatione euan
gelij pacis. Addiditq;. Die tercia
mittam tibi ampullam reſtitutio
nis plene ſanitatis. Tunc ei ha
bitum ordinis oſtendens. en inq̄t
iſte eſt habitus ordinis tui. Hanc
autem viſionem ſimiliter beatus
dominicus in oratione poſitus to
tam vidit Mane autem facto ad
eum veniens ſanctus dominicus
et ſanum repperit. et ab eodem
totius ſeriem viſionis audiuit. et
habitum quem virgo monſtraue
rat aſſumpſit Nam antea fratres
ſuperpellicijs vtebantur. Die au
tem tercia mater domini affuit.
et corpus reynaldi ado perunxit.
q non ſolum eſtum febrium. ſed
et ardorem concupiſcentie ſic ex
tinxit. vt ſicut ipſe poſtmodum
eſt confeſſus. nec prim9 in eo mo
tus libidinis de cetero pullulauit
Hanc viſionem iterato exhibitā
quidam religioſus de ordie hoſpi
talariorum preſente quoq; ſanc
to dominico proprijs oculis vidit
et ſtupuit. Hāc viſionem multis
fratribus maxime poſt illius obi
tū beatus dominicus publicauit.
Miſſus ergo reynaldus bonomā
predicationi ardenter inſtabat.
et fratrum numerus excreſcebat
Poſt hoc autem miſſus pariſius.
non poſt multos dies in domino
obdormiuit. ¶ Iuuenis quidā
nepos domini ſtephani cardinal'
de foſſa noua cum equo in foueā
precipicio lapſus inde mortu9 eſt
eductus Qui beato dominico ob
latus oratione fuſa. eſt vite priſti
ne reſtitutus. ¶ In eccleſia ſā
cti ſixti architectum quendam cō
ductum a fratrib9 ſub cripta qua
dam ruina deſuper reſoluta con
triuit. diuq; ſub cumulo cadentis
materie iacētem extinxit. ſed vir
dei dominicus defuncti corpus de
cauerna ſubductum ad ſe deferri
iuſſit. orationumq; ſuarū ſuffra
gio ſtatim vite ſimul et ſanitati re
ſtituit ¶ In eadem eccleſia apd
romam dum fratres circiter qua
draginta manerent. et quadam
vice panis valde modicum ſuper
eſſet beatus dominicus id modi
cum quod habebatur in tres par
tes diuidi ſuper menſam manda
uit. Dumq; vnuſquiſq; buccellā
panis cum gaudio frangeret. ec
ce duo iuuenes eiuſdem habitus
formeq; conſimilis refectorium
intrauerūt. palliorum ſinus que
a collo pendebant deſuper plenos
panibus deferentes. Quibus in
capite menſe ſeruo dei dominico
ſilenter oblatis. ita ſubito diſceſ
ſerunt. vt null9 de cetero vel vn
de venerint vl' quo abierint ſcire
poſſet. Tunc ſanctus pater do
minicus manu ad fratres proten
ſa modo īquit fratres mei come
dite. ¶ Cum beatus dominic9
aliquando in itinere poſitus eſſet
et grauis pluuiarum inundatio
facta eſſet. ille ſignum crucis edi
dit. et a ſe et a ſocio adeo omnem
pluuiam ppulſauit. vt quaſi fac
to papilione de cruce cū tota tra
deſa imbriū īnūdatiōe madeſcerēt.
nec vna gutta ad ſpaciū triū cubi
torū eos ↄtīgebat ¶ Quadā vice
dū in ptibus tholoſanis trāſiſſet
nauigio quandā aquā. nauta ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

eo denarium pro mercede tranſi
tus exigebat Cui cum vir dei pro
ſeruitio ſibi impenſo celorū regnū
ꝓmitteret · addēs ꝙ xp̄i diſcipulꝰ
eſſet · nec auꝝ nec pecuniaꝫ depoꝛ
taret · ille eum per cappam violen
ter trahens · aut cappam mihi in
quit dimittes · aut denariū michi
ſolues · Tunc vir dei erectis in ce
lum oculis paululum intra ſeip
ſum orās · moxqꝫ in terram reſpi
ciens et denarium diuino nec du
bium procuratū nutu iacentē vi
dens · ecce inquit frater quod poſ
tulas tolle et me liberum in pace
dimitte · ¶ Contigit aliqn̄ viro
dei iter agente · aſſociari ſibi reli
gioſum quendā ꝯuerſatiōis qui
dē ſāctitate domeſticū · ſed loque
la et lingua penitus alienū · Dolēs
itaqꝫ ꝙ diuinis eloquijs vna cū
illo mutua ſe collatione refouere
nō poſſet · tandē a dn̄o vt vnꝰ lin
gua loqueretur alterius · verbiſqꝫ
ſic alterutrū variatis · ſeſe per tri
duū quo videlicet ſimul ituri erāt
intelligerēt impetrauit · ¶ Qua
dā vice cum quidam multis obſeſ
ſus demonibꝰ ſibi fuiſſet oblatꝰ ·
ipſe ſtolam accipiens prius ſup
ꝓprium collum poſuit · deinde de
moniaci collum cinxit · mandans
illis vt de cetero hominē illū non
vexarēt · Ipſi vero in eiuſdē ob
ſeſſi corpe torqueri · ſtatiꝫ ceperūt
fortit̄ acclamare · Permitte nos
exire · Quare nos hic cruciari cō
pellis? At ille · Nō dimitto vos in
quit · niſi michi fideiuſſores dederi
tis ꝙ vltra neqꝙ̄ redeatis Quos
inquiunt illi fideiuſſores poſſumꝰ
tibi dare · Et ille · Scōs martires
quoꝝ corpora ī hac eccleſia requi
eſcūt · Et illi · Non poſſumꝰ · quia
noſtra merita contradicūt · Opoꝛ
tet vos īquit dare alioquin a cru
ciatu hoc nequaꝙ̄ liberos vos di
mittā · Tūc rn̄derūt ad hec operā
ſe daturos · et poſt modicum dixe
runt · Ecce impetrauimus licꝫ im
meriti ꝙ ſancti martires fideiuſſe
runt pro nobis · Requirente aūt
eo huius rei ſigna · dixerunt · Ea
tis ad capſam in qua ſūt recondi
ta capita martirum et eam inue
nietis inuerſam · Queſitum eſt et
ita inuentum ſicut illi fuerant ꝓ
teſtati · ¶ Predicante autem
eo aliquando · quedam matrone
ab hereticis deprauate eius pedi
bus prouolute dixerunt · Serue
dei adiuua nos · ſi vera ſunt que
hodie predicaſti · iā diu mētes no
ſtras erroris ſpūs excecauit Qui
bus ille · Cōſtantes eſtote et expe
ctate pauliſper · vt videatis qua
li dn̄o adheſiſtis · Statiqꝫ viderūt
de medio ſui cattū vnū teterrimū
ꝓſilire · q̄ magni canis p̄ferēs q̄n
titatē · habebat groſſos oclos et
flāmantes · linguā longaꝫ latāqꝫ
ſanguinolentā ⁊ ꝓtractā vſqꝫ ad
vmbilicū · caudā vero hn̄s curtaꝫ
ſurſūqꝫ ꝓtēſā · poſterioꝝ turpitu
dinē quocunqꝫ ſe verteꝫ oſtende
bat · de quibus fetoꝛ intolerabil̄
exalabat · Cūqꝫ circa illas matro
nas ſe aliquādiu huc illucqꝫ ver
tiſſꝫ · tandē p cordā cāpane ī cam
panile cōſcendēs diſparuit · feda
poſt ſe veſtigia derelinquēs · Ille
ergo matrone deo grās agētes ·
ad catholicā fidē ſūt ꝯuerſe ¶ Cū
in partibus tholoſanis quoſdam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

hereticos cõuiciſſet ⁊ illi eſſet incē
dio deputati · aſpiciens inter eos
quendam raymundū noīe · ait mi
niſtris Iſtū ſeruate · nec aliquo
mō cū ceteris cōburat̃ · Cōuerſuſ
q; ad eū blādeq; alloquens · ſcio i
quit fili mi ſcio ꝙ adhuc licet tar
de bon⁹ homo eris ⁊ ſanctus Di
miſſ⁹ itaq; per annos viginti · in
heretica prauitate ꝑmāſit · Tādē
cōuerſus frater p̄dicator efficit̃ ·
⁊ in eodē ordine vitam ſuā lauda
biliter duxit ⁊ feliciter ↄſūmauit
¶ Cū eſſet in hyſpania quibuſdā
ſibi fratrib⁹ aſſociatis apparuit ei
ꝑ viſū īmaniſſim⁹ quidā draco.
q̄ fratres ſuos q̇ ſecū erant abſor
bere apertis faucib⁹ videbatur ·
Quod vir dei intelligens fratres
fortiter reſiſtē hortabatur · Poſt
modicū oēs illi excepto fratre a
dam ⁊ duob⁹ ↄuerſis ab eo receſ
ſerūt · Interrogatus aūt q̇dā ex
illis ab eo an ſimilit̃ vellet abire a
it. Abſit pater vt relicto capite ſe
q̄r pedes Sed ↄtinuo oratiō ſe de
dit ⁊ fere ōnes poſt modicum ſua
orōe ↄuertit ¶ Apud ſāctum ſix
tū in vrbe cū fratrib⁹ exiſtēs · ſub
ito facto ſup eum ſpū dn̄i · ad ca
pitulū fratrib⁹ cōuocatis palā ō
mib⁹ nūciauit · q̄tuor fratres ex ip
ſis in breui · duos viꝫ in corpore ·
duos autē in aīa morituros · P⁹
modicū duo fratres ad dn̄m mig̃
uerūt · duo vero de ordine receſſe
rūt ¶ Exiſtente eo bonomie erat
ibi magiſter quidā Cōradus theu
tonicus cui⁹ ingreſſum ad ordinē
fratres mirabiliter affectabant.
Cū autem beatus dn̄icus cū prio
re monaſterij caſa marie de ordie

ciſterſienſi in vigilia aſſūptionis
beate marie ſermocinaret̃ fami
liari quadam confidentia exigen
te materia inter alia dixit ei · Fa
teor tibi prior quod tamen nulli
adhuc expoſui vnq̄ · nec tu alteri
q̄diu vixero reuelabis · ꝙ nūq̄ a
deo in hac vita aliquid petij quod
non aſſequerer iuxta votū · Cui
cum predictus prior diceret ꝙ for
ſitan ante eum vitam ſuā finirꝫ ·
beat⁹ dominicus ſpiritu ꝓphetico
ꝙ ipſe prior poſt ſe diu viueret ſi
cut et factū fuiſſe conſtat predixit
Tunc ille prior adiecit Pete ergo
pater vt det tibi magiſtrum con
radum ad ordinem · cuius fratres
introitum in tantum flagitare vi
dentur · At ipſe · Rem inquit fra
ter difficilem poſtulaſti · Finito cō
pletorio ceteris fratribus ad qui
eſcendum pergentibus ipſe in ec
cleſia remanſit · ⁊ in oratione mo
re ſolito pernoctauit · Conueniē
tibus igitur fratrib⁹ ad primam
cum cantor incepiſſet Iam lucis
orto ſidere · ecce lucis noue ſidus
nouum futurus magiſter cōrad⁹
ſubito veniens et ad pedes ſancti
dominici ſe ꝓſternens habitū or
dinis inſtanter petijt ⁊ perſeuerā
ter accepit · ¶ Inerat autem ſer
uo dei domico firma valde mētis
equalitas niſi cū ad paſſionem et
miſericordiam turbaret̃ Et qꝛ cor
gaudēs exhilarat faciē · placitā in
terioris hoīs ↄpoſitionē manifeſta
deforis benignitate ꝓdebat ¶ Tē
pore diurno cum frīb⁹ ſuis ſocijs
ve ſaluo quidē honeſtatis tenoꝛ ne
mo ↄmunior · nocturnis horis vigi
lijs et orōib⁹ nemo inſtātior · Diē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

impartiebatur proximis·noctem
deo· De ſuis oculis quaſi quendaꝫ
fontē effecerat lacrimaꝝ· Frequē
ter qn̄ corpus dn̄i eleuabat̄ in miſ
ſa· in tantuꝫ mentis rapiebat̄ ex
ceſſum· ac ſi ibi xp̄m incarnatū p̄
ſentem videret· Propter qd miſ
ſam cū ceteris multo tempore nō
audiuit· Erat aūt ſibi in eccia per
noctandi conſuetudo creberrima
vt vix aut raro certū ad quieſcen
dū lectū videret̄ habere· Et cum
laſſitudine ſuccedēte ſomni inter
pellaret neceſſitas· ſiue āte altarē
aut ſup lapidem capite reclinato
paululū quieſcebat· Tres ſingul
noctibus recipiebat ꝓpria ſua ma
nu de quadaꝫ cathena ferrea diſci
plinas Vnā videlicet ꝓ ſe· alterā
pro peccatorib⁹ qui verſantur in
mūdo· terciam vero ꝓ hiis q̄ in
purgatorio cruciantur· ¶ Elect⁹
aliqn̄ in ceranenſem ep̄m· omni
no renuit· conteſtans ſe potius
terrā deſerere· q̄ electioni alicui
de ſe facte aliquatenus conſenti
re· ¶ Interrogatus aliqn̄ cur nō
libētius tholoſe in tholoſanaqꝫ dy
oceſi q̄ carcaſſone ⁊ in eius dyoce
ſi moraret̄ Quia i tholoſana inq̄t
dyoceſi mltos qui me honorāt in
uenio Apud carcaſſonā vero oēs
econtrario me impugnāt· ¶ In
terrogatus a quodā in quo libro
amplius ſtuduiſſet· Rn̄dit· In li
bro caritatis ¶ Quadam vice dū
vir dei dominicus apud bononiaꝫ
conſtitutus in eccleſia pnoctarꝫ·
dyabolus in ſpecie fr̄is eideꝫ appa
ruit. Quē ſanctus dominicus fra
trē eſtimans eidē innuebat vt cū
ceteris ad quieſcendū pergeret.

Ille vero quaſi deridendo eiſdem
ſibi nutibus reſpondebat· Tunc
ſanct⁹ dominicus quisnā eſſꝫ qui
ſic eius mandatū contemnerꝫ ſci
re volens· candelā ad lampadē ac
cendit· et in faciē ipſi⁹ reſpiciēs
q̄ dyabolus eſſet cōfeſtim agno
uit· Quem cum vehementius in
creparet· mox eidem dyabolus de
fractione ſilentij inſultare cepit·
Sanctus autem dominicus vt po
te fratrum magiſtro ſibi loqui li
cere aſſerēs· coegit ipſum vt ſibi
diceret de quo frēs in choro temp
taret· Qui reſpondit· Facio eos
tarde venire et cito exire· Deinde
duxit eum ad dormitorium· de q̊
fratres ibidem temptaret inqui
rens· Qui ait· Facio eos nimus
dormire· tarde ſurgere· ſicqꝫ a di
uino officio remanere· ⁊ interdū
immundas cogitationes habere
Deinde ad refectorium eū duxit·
et de quo ibi fratres temptaret
queſiuit· Tūc demō p menſas ſa
liens plus ⁊ minus ſepius repetē
do dicebat. Quē cū ſanctus domi
nicus quid ſibi hoc vellet interro
garet· ait· Quoſdā frēs tēpto vt
pl⁹ comedāt· ⁊ ſic nimia cibi ſūpti
one delinquāt· Quoſdā vt minus
ſumāt· et ſic in dei ſeruitio et ordi
nis ſui obſeruatione debiles ſiāt·
Inde duxit eum ad locutoriuꝫ· de
quo ibidem fratres temptaret in
quirens Tūc ille crebro linguam
reuoluens mirabilis confuſionis
ſonū premebat Quem cum ſāct⁹
dominicus quid hoc ſibi vellet int̄
rogaret· ait· Hic locus totus me
us eſt. Cū eñ ad loquendum fra
tres conueniunt· eos temptare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

ſtudeo vt confuſe loquantur · et
multis ſeſe inutilibus verbis im
miſceant · et vnus alium non ex
pectet Poſtremo duxit eum ad ca
pitulum · ſed cum ante oſtium ca
pituli fuiſſet · demon nullatenus
intrare voluit · ſed ait · Hunc locū
nunq̄ ingrediar quia locus male
dictionis eſt · et totum ibi amitto
quod in alijs locis lucror Nam cū
aliquem fratrem per aliquā negli
gentiam delinquere fecero · mox
in loco hoc maledictionis de ipſa
negligentia ſe purgat et corā om
nibus ſe proclamat · Et ſic totum
amiſiſſe me doleo · quod alibi me
lucratum gaudebam · Et hijs dic
tis euanuit · ¶ Tandem appro
pinquante peregrinatiōis termi
no · conſtitutus apud bononiam
graui cepit corporis infirmitate
languere · Sui autem corporis diſ
ſolutio ſibi in viſione monſtrata
eſt · Vidit enim iuuenem pulcer
rimum hijs verbis ipſum inuocā
tem et dicentem · Veni dilecte mi
veni ad gaudia veni Conuocatis
ergo ex fratribus bononienſis cō
uentus duodecim · ne eos exhere
des et orphanos derelinqueret te
ſtamentum condidit dicens · Hec
ſunt que vobis tanq̄ filijs heredi
tario iure poſſidenda relinquo ·
Caritatem habete · humilitatem
ſeruate · paupertatem voluntari
am poſſidete · Illud vero qua po
tuit diſtrictione prohibuit · ne q̄s
vnq̄ in ſuo ordine poſſeſſiones in
duceret temporales · Maledictio
nem dei omnipotentis et ſuam ter
ribiliter imprecans ei qui predi
catorum ordinem terrenarum di

uitiarum puluere preſumeret ma
culare · Fratrib⁹ vero de ei⁹ deſtituti
one īconſolabilit̄ dolentib⁹ dulcit̄
eos ꝯſolās ait Ne vos mea filij cor
palis turbꝫ diſceſſio · nullaten⁹ du
bitātes vtiliorē me vos mortuum
habituros q̄ viuū · Proīde ad ex
tremā horā veniēs āno dn̄i mille
ſimo ducēteſiō viceſiōp̄mo dormi
uit ī dn̄o · ¶ Cui⁹ quidē trāſitus
ea die eadēqꝫ hora fri guali tūc pri
ori fratꝝ p̄dicatoꝝ de brixia poſt
modū eiuſdē ciuitatis epō hoc mō
mōſtrat̄ · Nā cū in cāpanili fratꝝ
capite ad murum inclinato · leui
ſomno dormitaſſet · vidit celum
aperiri · et duas ſcalas candidas
ad terrā ſubmitti Quarū ſummita
tes xp̄s cum matre tenebat et āge
li p eas iubilantes aſcēdebant et
deſcendebant · In medio autē ſca
larum et in ymo ſedes poſita erat
et ſup ſedem velato capite frater
ſedens Jheſus autem et mater ei⁹
ſcalas ſurſum trahebant · donec
ſedente in celum eleuato apertura
celi clauſa ē Veniēs igit̄ p̄dictus
frat̄ bononiam · cōtinuo eadē die
et hora patrē migraſſe cognouit
¶ Frater quidā noīe raho poſit⁹
apud tibur eadē die et hora qua
pater migrauit a corpore ad al
tare miſſā celebratur⁹ acceſſerat ·
Cū aūt audiſſet eū bononie egro
taſſe · et ad locū canonis veniēs
ī quo de viuis mēſio fieri conſue
uit · velletqꝫ p ſalute eius orare ·
ſubito fact⁹ eſt in exceſſu mētis
Viditqꝫ virū dei dominicū corona
quadā aurea laureatū · totūqꝫ mi
rabili ſplēdore fulgētē duob⁹ qui
buſdā viris ṙuerēdis comitatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

hinc inde extra bononiam via re
gia procedētem. Diē igitur notās
et horam. inuenit tunc ſeruum dei
dominicum a corpore migraſſe.
¶ Cum igiẗ ſub terra corpus eiꝰ
multo tempore iacuiſſet ⁊ crebreſ
centibus indeſinenter miraculis.
non poſſꝫ vlterius eius ſanctitas
occultari. fideliū dignum duxit de
uotio corpus eius ad altiorem lo
cum transferre. Cumqꝫ monumē
tum fuiſſet fractum. ⁊ fracto vix
ferreis inſtrumentis cemento. ſб
latoqꝫ lapide patefactū. tanta ex
ipſo ſuauiſſimi odoris erupit fra
grātia. vt non tam ſepulcrū ꝙ cel
la videretur aromatū patuiſſe.
Qui quidẽ odor cūcta ſuperabat
aromata. nec alicuius rei natura
lis odor ſimilis videbatur. Nec ſo
lum oſſibus aut pulueri ſacri cor
poris vel capſe inerat. verum etiā
terre circumquaqꝫ cōgeſte. ita vt
ad longinquas poſtmodũ regio
nes delata. odorem ipſum longo
tpē retineret. Fratrū vero mani
bus maxime aliquid de reliquiis
ſacroſanctis tangentibus ſic inhe
ſit. vt quantumcūqꝫ lote vel etiã
confricate. per plures dies cōſer
uate fragrantie teſtimonium pre
ſentarēt. ¶ In prouincia vn
garie vir quidam nobilis cū vxo
re ſua et filio paruulo ad reliqui
as btī dominici que in ſuliꝫ habe
bantur viſitandas acceſſit. At fili
us eius infirmatus ibidē ad extre
mum vite moriēdo peruenit. Pa
ter autem corpus filii coram alta
ri beati dominici collocans lamen
tari cepit ac dicere. Beate domi
nice letus veni. en triſtis regredo.
Cum filio veni. en orbatꝰ recedō
Redde mihi queſo filium meum.
Redde mihi leticiam cordis mei.
Et ecce circa noctis mediũ puer
reuixit et per eccleſiam ambula
uit. ¶ Iuuenis quidā cuiuſdã
nobilis dn̄e mancipium dum in
quodã fluuio piſcationi inſiſterẽ
in aquã lapſus ſuffocatus diſpa
ruit. Magno aūt ſpacio temporis
interiecto. eius corpus de profun
do fluuii mortuū eſt eductū. Dn̄a
autem eius pro eius ſuſcitatione
beatū dominicum inuocauit. pro
mittens ſe ad ſuas reliquias nu
dis pedibus acceſſuram. et reſuſ
citatū mancipiū libertati daturā
Statimqꝫ qui fuerat mortuꝰ ī me
dium videntibus oībus vite reddi
tus ꝓſiliuit. votūqꝫ ſuũ predicta
dn̄a vt ꝓmiſerat adimpleuit.
¶ In eadem prouincia dum qui
dā vir filiū ſuum amare lugeret.
et beatū dominicū pro eius reſuſ
citatione inuocaret. circa pullorū
cantum qui mortuꝰ fuerat oculos
aperuit et patri dixit. Quid ē pa
ter ꝙ ſic habeo faciē madefactā?
Et ille. Lacrime patris tui ſūt fili
quia tu mortuus fueras. et ego
ſolus remanſi omni gaudio deſti
tutus. Cui ille. Multum fleuiſti
pater. ſed beatus dominicus deſo
lationi tue compatiens. vt tibi vi
uus redderer ſuis meritis īpetra
uit. ¶ Languidus quidam et
per decem ⁊ octo annos reliquias
beati dominici viſitaē deſiderans.
tanꝙ temptās ire de lecto ſurrē
xit. qui tantam ſibi ſubito ſenſit
infundi virtutē. ꝙ paſſu cōcito g̃
di cepit. tāto magis ī ꝯualeſcētia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

corporis ꝛ illuminatione oculorū
ꝓficiens. q̃to quotidie in itinere
procedebat. donec tandem ad lo
cum deſtinatum perueniens. per
ſanctum recepit vtriuſq̨ benefi
ciuꝫ ſanitatis ¶ In eadem prouī
cia vngarie quedā matrona ad
honorem beati dominici miſſā diſ
ponens facere celebrari. ſacerdo
tem hora debita non inuenit. q̃
propter candelas tres ad hoc pa
ratas manutergio mundo inuol
uit ꝛ in quodam vaſe repoſuit.
Aliquantulum autem diuertens
et poſtea rediens candelas flam
mis patentibus ardē vidit. Cur
rentes ōnes ad tam grande ſpec
taculum tam diu ibidem tremen
tes ꝛ orantes ſteterunt. donec ſi
ne leſione manutergii penitus ar
ſerūt. ¶ Apud bononiā ſcola
ris quidam nomine nicolaꝰ graui
renum ac genitalium dolore ade
o eſt vexatus ꝙ de lecto ſurgē nō
valebat. Cuiꝰ ꝛ femur leuū emar
cuit intantum ꝙ ōnis ab eo ſpes
curatiōis abſceſſit. deo ergo ꝛ be
ato dominico ſe deuouens cū ſe fi
lo de quo facienda erat candela
totum menſus eſſet in longuꝫ. ce
pit collum et pectus cingere. Cū
tandem genu filo ambiente cinx
iſſet. inuocato ad quamlibet mē
ſuracionem nomine iheſu chriſti
et beati dominici continuo ſe alle
uiatum ſentiens. exclamauit. E
go ſum liberatus. Et exurgens
et pre gaudio lacrimans ſine ali
quo fulcimento venit ad eccleſiā
in qua corpꝰ ſancti dominici qui
eſcebat. ¶ In eadem quoq̨ ciuita
te multa ꝛ fere innumerabilia mi
racula deus per ſeruū ſuū beatum
dominicum operatus eſt. ¶ In cici
lia apd̄ auguſtā cum puella q̄dam
que vicio lapidis laborabat inci
di deberet. mater eius pro inſtā
ti periculo filiam ſuam deo ꝛ bea
to dominico cōmendauit. Sequē
ti ergo nocte dormienti puelle
beatus dominicꝰ aſtitit et in ma
nu eiꝰ quo torquebat̃ lapidem po
ſuit et abſceſſit Quem puella eui
gilans et ſe liberatam inueniens
matri dedit et viſionē p ordinem
explicauit. Mater vero lapidē ad
domū fratrū attulit et ipſū ī me
moriā tāti miraculi corā ymagine
ſācti domīci ſuſpēderūt ¶ Apud
palaciā in cicilia mulier q̄dā paup
filiū hēbat qui īinfirmitate quadā
ſcrophilarū quas pueri ī collo ha
bere cōſueuerūt plurimū afflige
bat̃ Cūq̨ ſuper hoc nullū poſſet re
mediū inuenire. vouit deo ꝛ btō
dōīco ꝙ ſi liberaretur ipſuꝫ in o
pere eccleſie fratrum que tunc cō
ſtruebat̃ gratis faceret laborare
Sequēti aūt nocte quidā ī habitu
fr̄is ſibi apparuit. eiq̨ dixit. Mu
lier cognoſcis huiuſmodi res. no
minās ei quatuor genera rerꝫ. ſcꝫ
eſ viride. pilacū. lapaciū. ꝛ ſuccū
porri. Que cū diceret agnoſco. il
le ait. Vade ꝛ accipe hoc et ꝯficias
cū ſucco porri ꝛ pone ea ſup bom
baciū et īpone collo filii tui ꝛ ſana
bit̃ Euigilās aūt hec fecit ꝛ filiꝰ eiꝰ
liberatꝰ votū mr̄is īpleuit. Qui
dā de partibꝫ pedemontis mōſtru
oſe inflatus beato dominico ſe vo
uit. Cui dormienti beatus domini
cus apparuit. ventremq̨ eiꝰ ſine
dolore ſcindens. īmundicias oēs

extraxit· et iterum manu ſuā ſa
cra vnctione conſolidans· ipſuʒ
perfecte ſanauit· ¶ In auguſta
ciuitate cum in feſto tranſlatiōis
beati dn̄ici matrone quedā que in
eccleſia fratrum miſſarum ſolem
nijs interfuere domum redirent·
et quandam mulierem pre foribꝫ
domus ſue ex more filantem vide
rent· ipſam caritatiue redargue
re ceperūt. cur in feſto tanti pr̄is
a ſeruili opere non ceſſaret· Illa
vero indignata reſpondit· Vos
que eſtis bicote fratrum feſta co
lite ſancti veſtri. Statimqꝫ eius o
culis in tumorem cum prurituͦ cō
uerſis ex ipīs ceperūt vermes ſca
turire. ita ꝙ vicina quedam decē
et octo vermes eduxit ex eius o
culis in inſtanti· Compūctaqꝫ ad
eccleſiaʒ fratrum venit· ibiqꝫ pec
cata ſua confitens et votum emit
tens ꝙ de cetero ſancto dei domi
nico nunꝗ̄ detraheret· et eius fe
ſta deuote ageret· protinus reſti
tuta eſt priſtine ſanitati· ¶ Sāc
timonialis quedam nobilis nomi
ne maria apud tripolim in mona
ſterio quod dicitur mḡdalena va
lidiſſimis infirmitatibꝫ elaborās·
ac in tibia grauiter percuſſa quin
qꝫ menſibus cruciatu miſerabili
vrgebatur· ita vt ſingulis horis e
ius exitus timeretur· Que intra
ſe recolligēs intra ſemetipſam ſic
orauit Dn̄e mi non ſum digna ora
re te· nec exaudiri a te Sed rogo
dn̄m meum beatum dominicum·
vt ſit mediator inte et me· et a te
michi impetret bn̄ficiuʒ ſanitatis
Cum ergo diu cum lacrimis exo
raret: in extaſi facta vidit beatū
dominicum cum duobus fratribꝫ
aperta cortina que ante lectum e
ius pendebat intrantem ſibiqꝫ di
centem Quare tantum ſanari de
ſideras? Et illa· Dn̄e vt deo meo
deuotius ſeruire poſſim· Tunc il
le de ſub cappa vnctioneʒ mire fra
grantie proferens· tibiam eius ꝑ
unxit· et ſtatī ſanata fuit· Et ait
Hec vnctio eſt valde precioſa dul
cis et difficilis· Cuius verbi cum
mulier requireret rationem dixit
Hec vnctio dilectionis eſt ſignū·
Que videlicet precioſa eſt, qꝛ nul
lo precio emi poteſt· et quia ī do
nis dei nullum eſt meliꝰ· Dulcis.
qꝛ nihil dulcius ipſa caritate Dif
ficilis· qꝛ cito perditur niſi caute
cuſtodiatur· In ipſa nocte ſorori
ſue in dormitorio quieſcenti appa
ruit dicens· Ego ſororem tuā ſa
nitati reddidi· Que currens ipaʒ
ſanatam inuenit· Que cū etiaʒ ſe
ſenſibili vnctione ſentiret inūctaʒ
ipſam cū bombace cum multa re
uerentia exterſit· Quod cū abba
tiſſe confeſſori et ſorori omnia re
tuliſſet· et vnctionē in bombace
preſentaſſet. tanta et tam noua
odoris fragrātia ſunt percuſſi· vt
nulla ei poſſēt aromata compara
ri· Ipſam autem vnctionem cum
multa reuerentia ſeruauerunt.
¶ Quā gratus autem deo exſtat
locus in quo ſacroſanctū corpus
beati patris dominici requieſcit·
licet miraculis mltis claruit· vnū
tamē hic poſuiſſe ſufficiat· Refert
magiſter alexander epiſcopꝰ vin
domienſis in poſtillis ſuis ſuper il
lud verbum Miſericordia et veri
tas obuiauerūt ſibi &c̄· ꝙ quidaʒ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

ſcolaris degens bonomie vanitati
bus ſeculi deditus viſionem talez
conſpexit. Videbatur ſiquidē ſibi
ꝙ in quodam campo magno con
ſiſteret. et ibidem tēpeſtas ingēs
ſuper ipſum deſcenderet. Qui cū
fugeret a facie tēpeſtatis. ad quā
dam domum peruenit. Quam cū
clauſam inueniſſet et pulſans ad
oſtium ſe ibidez recipi poſtulaſſz.
hoſpita que deintus erat reſpon
dit Ego ſum iuſticia que hic habi
to. et hec domus mea eſt. ꝗꝛ aūt
tu iuſtus nō es in ea habitare nō
vales Ad cuius verba ille plurimū
merens abſceſſit. et aliam domū
vltra illam conſpiciens ad eaz ve
nit. et pulſans ad oſtium ſe ibi re
cipi poſtulauit. ſed que deintus e
rat hoſpita reſpondit. Ego ſum
veritas que hic habito. et hec do
mus mea eſt. te aūt hoſpitio non
recipio. ꝗꝛ veritas nō liberat qui
eam non amat. Indeqꝫ abſcedens
terciam domum vltra illam pro
ſpexit. ad quam veniens ſe ſimilr̄
contra impetū tempeſtatis recipi
flagitauit. Cui que deintus erat
reſpondit. Ego ſum pax que hic
habito. Nō eſt autez pax impijs.
ſed tantum hominibus bone volū
tatis. Verūtamen ꝗꝛ ego cogito
cogitationes pacis et non afflicti
onis vtile conſiliū tibi do. Vltra
me ſoror mea habitat q̄ miſeris ſē
per auxilium preſtat. ad hanc ac
cede. et eius monita cōple. Cum
ergo acceſſiſſz. que deintus erat
ſibi reſpondit Ego ſum miſericor
dia que hic habito. ſi ergo ab im
minente tempeſtate ſaluari deſide
ras. vade ad domum in qua frēs
predicatores de bononia habitāt
ibiqꝫ inuenies ſtabulum doctrine
et intus preſepe ſcripture. aſinuz
ſimplicitatis cuz boue diſcretiōis.
mariam illuminantem. et puerū
ihesum ſaluantem Cum ergo pre
dictus ſcolaris euigilaſſet. ad do
mum fratrum venit. et viſionem
per ordinem recitans. habituz or
dinis petijt et accepit.

De nomine.

SIxtus dicitur a ſyos qđ
eſt deus. et ſtatus quaſi
diuinus ſtatus. Vel ſixt9
a ſixto ſixtis quaſi firmus et ſix9
in fide et paſſione et bona opatiōe

De ſancto ſixto papa et martire
Hiſtoria centeſimadecima.

SIxtus papa athenienſis
natione. primum quidez
philoſophus. ſed poſtea
xp̄i diſcipulus et pontifex ſumm9
electus. decio et valeriano cū du
obus dyaconibus ſuis feliciſſimo
et agapito preſentatus eſt. Quē
cum decius nullis poſſet perſuaſi
onibus inclinare. fecit eum duci
ad templum martis. vt aut ſacri
ficaret. aut in cuſtodia mamerti
ni reciperetur. Sed cum ſacrifica
re rennuens in cuſtodiam ducere
tur. beatus laurentius poſt eū cla
mās ibat dicens. Quo progrede
ris ſine filio pat᷑ Quo ſacerdos
ſācte ſine miniſtro properas᷑ Cui
ſixtus Non ego te deſero fili. neqꝫ
derelinquo. ſed maiora tibi debēt
ꝓ fide xp̄i certamina. poſt triduū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

me ſequeris ſacerdotem leuita.
Interim ergo theſauros eccleſie
accipe. et quibus tibi videtur di
uide. Quos cū ille xp̄ianis paupe
rib9 diſtribuiſſet. valerianus pre
fect9 decreuit. vt ſixtus ad tem
plū martis ſacrificaturus ducere
tur. qđ ſi rennueret. ibidē capite
truncaret. Quo cū duceret. btūs
laurētius poſt eū clamare cepit
ac dicere Noli me derelinquere pa
ter ſācte. qꝛ theſauros tuos iam
expendi. Tūc milites audientes
theſauꝝ. laurentiū tenuerūt. ſix
tū autē cum feliciſſimo et agapito
ibidem decollauerūt ¶ In hac die
eſt feſtū tranſfigratiōis dn̄i. et ſā
guis xp̄i de nouo vino ſi inueniri
poteſt in aliquib9 eccleſijs ꝯficit.
vel ſaltē de matura vua in calicē
aliquātulū eliquatur. In hac etiā
die racemi bn̄dicunt. et populus
inde cōmunicat. Ratio autē hui9
eſt ex eo ꝙ dn̄s diſcipulis ſuis in
die cene dixit. Nō bibā āmodo de
hoc geniminе vitis. donec bibam
duas ciuitates vt ibidē dicit duo
amores ſibi fabricant · Quia ciui
tatem dyaboli conſtruit amor ſui
creſcens vſq̄ ad contemptum dei
Ciuitatem autem dei conſtruit a
mor dei creſcens vſq̄ ad contemp
tum ſui · In diebus autem eius
anno ſcilicet domini quadringen
teſimo q̃drageſimo wandali totā
tam affrice prouinciam occupaue
runt vaſtantes omnia · nec parcē
tes ſexui · ordini vel etati · Poſt
hec autem ad yponenſem ciuita
tem venerunt · et ipſam manu va
lida obſederunt. Sub hac tribula
tione auguſtinus pre ceteris ſue
ſenectutis amariſſimam et lugu
brem duxit vitam · Fueruntq̄ ſi
bi lacrime panes die ac nocte · dū
alios videret occiſos · alios effuga
tos · eccleſias ſacerdotibus vidu
atas. ciuitates cum accolis diſſi
patas · Inter tot tamen mala cu
iuſdam ſapientis ſententia ſe con
ſolabatur dicentis · Non erit ma
gnus magnum non putans q̄ ca
dunt ligna et lapides et moriun
tur mortales · Conuocatis autē
fratribꝫ omnibꝫ dixit eis · Ecce ro
gaui dominū vt aut nos ab hijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

periculis eruat · aut patienciã tri
buat · aut me de hac vita ſuſcipi
at · ne tot calamitates videre cõ
pellar · Et ecce tercium quod peti
uit obtinuit · et tercio obſidiõis
menſe febribus laborans lecto de
cubuit · Intelligens autem diſſo
lutionẽ ſui corporis imminere · ſep
tem pſalmos penitẽciales ſibi ſcri
bi fecit · ipſos quoq; in loco cõtra
parietem poſitos lecto decumbẽs
legebat · et vbertim ac iugiter la
crimas fundebat · Et vt deo vaca
ret liberius · et ei9 intentio a nul
lo impediri poſſet · ante decẽ dies
ſui exitus nullũ ad ſe ingredi pre
cepit · niſi vel cum medicus ingre
deretur · vel cũ ſibi refectio portaret
tur · ¶ Quidã aũt eger ad eum
venit et vt ſibi manuʒ imponeret
et ab infirmitate curaret ipſum
inſtanter rogauit · Cui auguſtin9
rñdit. Quid eſt hoc fili qđ loque
ris? Putas ꝙ ſi tale quid facere
poſſem · mihi hoc ipſũ nõ cõferrẽ.
Ille aũt inſtabat aſſerẽs ſibi in vi
ſione preceptũ eſſe vt ad eũ acce
deret et ſanitatem reciperet · Vi
dẽs auguſtin9 fidẽ ei9 ꝓ eo orauit
⁊ ſanitatẽ recepit Energumnos
multos curauit · et plura alia mi
racula fecit · ¶ In libro viceſimo
ſecũdo de ciuitate dei duo miracu
la de ſe tanq̃ de quodã alio refert
dicẽs · Pponẽſem quandã virginẽ
ſcio · que cũ ſe oleo perunxiſſet · cũ
ꝓ illa orãs preſbiter lacrimas ſu
as inſtillauerat · mox a demone fu
iſſe ſanatam · ¶ In eodẽ etiam li
bro ſic ait · Scio etiam epiſcopum
ſemel pro adoleſcente quem non
vidit oraſſe · illũq; illico demonio

caruiſſe · Nullũ autem dubium vi
detur quin de ſe loquať. ſed humi
litatis cauſa ſeipſũ noluit nomina
re · ¶ In eodem quoq; libro de ci
uitate dei ait · ꝙ infirmus quidaʒ
incidi deberet · et de ei9 morte ob
incionem plurimũ timeret. cum
infirmus multis lacrimis deũ exo
raret · cum eo et ꝓ eo auguſtin9
orauit · et ſine aliqua inciſione in
tegram ſanitatem recepit · ¶ De
niq; diſſolutioni corporis appropi
quans · hoc memoriale docuit · nul
lum videlicet hominem quantum
cumq; excellentis meriti ſine con
feſſione et euchariſtia debere trãſ
ire · Ad extremam autẽ horã veni
ens · membris omib9 ſui corporis
icolumis · ĩtegro aſpectu atq; au
ditu · ãno etatis ſue ſeptuageſimo
ſexto · epiſcopatus vero ſui ãno q̃
drageſimoquinto. corã poſitis frĩ
bus ⁊ oratibus migrauit ad dñm
Teſtamentũ nullum fecit · q2 vñ
de faceret pauper xp̃i nõ habuit ·
Floruit autẽ circa annos dñi qua
dringentos · ¶ Itaq; auguſtinus
ſapiẽtie lumẽ prefulgidũ · ꝓpugna
culũ veritatis ⁊ fidei munimentũ ·
omnes eccleſie doctores tam ĩge
nio q̃ ſciẽtia vicit incompabilit̃.
florens tam exemplis virtutuʒ q̃
affluentia doctrinarum · Vnde et
beatus remigius iheronimum et
quoſdam alios doctores comme
morans ſic concludit · Hos omẽs
auguſtinus ingenio ⁊ ſcientia ſua
vicit · Nam licet iheronim9 ſex mi
lia volumina origenis ſe legiſſe fa
teať · iſte tamen tãta ſcripſit · vt
non ſolum diebus ac noctib9 ſcri
bere libros eius quis non poſſʒ ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

ſed nec legere quidem occurrat.
¶ Voluſianus autem cui auguſti
nus epiſtolas ſcripſit ſic de eo di
cit. Legi dei deeſt quicquid augu
ſtinum contigerit ignorare ¶ Ihe
ronimus quoqꝫ in quadam epiſto
la ſcribens auguſtino ait. Duobꝰ
libellis tuis eruditiſſimis. et omi
eloquentie ſplendore fulgentibꝰ
reſpondere non potui Certe quic
quid dici potuit et aſſumi ingenio
et de ſcripturarum hauriri fontibꝫ
a te poſitum atqꝫ diſſertum eſt.
Sed queſo reuerentiam tuam pa
rumper patiaris me tuum lauda
dare ingenium ¶ Iheronimꝰ etiã
in libro de duodecim doctoribꝰ ſic
de eo ſcribit Auguſtinꝰ epiſcopꝰ
volans per montium cacumina q̃
ſi aquila. et ea que ſunt in mõtiũ
radicibus non conſiderans. mul
ta celorum ſpacia terrarumqꝫ ſi
tus et aquarum circulum claro ſer
mone pronunciat. ¶ Deniqꝫ in
quanta eum reuerentia et dilectio
ne iheronimus habuerit patet in
epiſtolis quas eidem miſit. in qua
rum vna ſic dicit. Domino ſacto
ac beatiſſimo pape auguſtino ihe
ronimus. Omni quidem tempore
beatitudinem tuam eo quo decet
honore veneratus ſum. et habitã
tem in te dilexi dñm ſaluatorem
Sed nũc ſi fieri poteſt cumulo ali
quid addimꝰ et plena complemꝰ.
vt abſqꝫ nominis tui mentione ne
unam quidem horam aut momen
tum preterire patiamur Idem in
alia epiſtola ad eundem. Abſit au
tem vt quicquã de libris beatitu
dinis tue attingere audeam. ſuffi
cit enim mihi mea probare et ali

ena nõ carpere Gregoriꝰ ĩ epiſto
la ad innocentium affrice prefectuꝫ
de eius libris ſic ait. Qd expoſiti
onem ſancti iob vobis tranſmittĩ
voluiſtis. veſtro ſtudio congaude
mus. Sed ſi delicioſo cupitis pa
bulo ſaginari beati auguſtini cõ
patriote veſtri opuſcula legite et
ad comparationem illius ſimila
ginis noſtrum furfurẽ nõ quera
tis. Idem quoqꝫ in regiſtro ſic a
it. Legitur ꝙ beatus auguſtinus
nec cum ſorore habitare conſenſe
rit dicens. Que cum ſorore mea
ſunt. ſorores mee non ſunt. Doc
ti ergo viri cautela magna nobis
debet eſſe inſtructio. In prefatio
ne quoqꝫ ambroſiana ſic legitur.
Magnificentiam tuam in mortifi
catione auguſtini adoramus. tua
in omnibus operante virtute. vt
nullis promiſſis blandimentorũ
fallacijs tuo ignitus ſpiritu vince
retur. Quia eum ita omni gene
re pietatis imbueras. vt ipſe tibi
ara et ſacrificium et ſacerdos eẽt
et templum ¶ Beatus inſuper
proſper in tercio libro de vita cõ
templatiua ſic de eo dicit. Sanctꝰ
auguſtinus epiſcopus acer inge
nio. ſuauis eloquio. ſecularis lit
terature peritus. in eccleſiaſticis
laboribꝰ operoſus. in quotidianis
diſputationibus clarus. in omni
ſua actione compoſitus. in queſti
onibus ſoluendis acutus. in cõuin
cendis hereticis circumſpectus. in
expoſitione fidei noſtre catholicꝰ.
in explanandis ſcripturis cano
nicis cautus. ¶ Beatus quoqꝫ
bernardꝰ ſic de eo ſcribit Auguſti
nꝰ hic ẽ validiſſiꝰ malleꝰ hereticoꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

¶ Poſt hec autem cum barbara
gens terram illã occupaſſet et lo
ca ſãcta prophanaret· fideles corpꝰ
auguſtini ceperunt et ipſum in sar
diniam trãſtulerunt· Tranſactis
autem ab eius obitu annis ducē
tis octoginta tempore leonis ter
cij luprandus deuotus longobar
dorum rex audiens sardiniam a
ſarracenis depopulatam · ſolem
nes illuc nũcios miſit vt doctoris
ſãcti reliquias papiam deferrent
Qui magno precio dato corpus
ſancti tulerunt et vſqꝫ ad ſanuaꝫ
deportauerunt· Quod deuotꝰ rex
audiens vſqꝫ ad predictam ciuita
tem cum magno gaudio eideꝫ ob
uiauit et reuerent̃ accepit · Cũ au
tem mane vellent corpꝰ deducere
nullo modo de loco moueri potuit
donec rex votũ emiſit · ꝙ ſi inde ſe
deduci pmitteret· ibideꝫ ĩ ſuo no
mine eccleſiaꝫ fabricaret Cũ autē
votum feciſſet ſtatim ſine õni diffi
cultate inde deductuꝫ eſt· Rex au
tem qd̓ vouerat impleuit et ibidē
in honoreꝫ ſãcti auguſtini eccleſiã
fabricauit· Idem miraculum die
ſequenti in quadam villa epatꝰ s
terdonenſis q̃ dicitur caſelle cõti
git· et eodem modo ibidē in hono
rem ſãcti auguſtini eccleſiam con
ſtruxit Inſuper villam ipſã cum
omnibꝫ ſuis appendicijs conceſſit
ſeruientibus eccľie ſancti auguſti
ni perpetuo poſſidendam Quia ve
ro rex viderat ſancto cõplacē vt
in ſuo nomine eccleſia fieret vbi
cũqꝫ manſiſſet · timẽs ne ĩ aliquo
alio loco ꝙ vbi rex deſiderabat lo
cũ ſibi eligeret ĩ omni loco vbi de
nocte cum corpore hoſpitabatur·
in honorem ipſius eccleſiaꝫ ꝯſtrue
bat· Sicqꝫ cum magno gaudio
papiaꝫ deducitur et in eccleſia ſãc
ti petri que celũ aureũ dicit̃ hono
rifice collocatur· ¶ Molendinari
us quidam qui in beatum augu
ſtinum ſpecialem deuotionem ha
bens cum quandam infirmitateꝫ
q̃ dicitur flecmaſalſum in tibia pa
teretur· beatum auguſtinum de
uote in ſui adiutorium ĩuocabat·
Cui per viſum ſanctus auguſtinꝰ
apparuit et tibiam manu palpãs
integre reſtituit ſanitati. Qui ex
citatus ſe liberatum inuenit· et de
o et beato auguſtino gratias red
didit· ¶ Quidam puer cum vicio
lapidis premeretur et de conſilio
medicorum incidi deberet· mater
pueri mortis ſibi timens periculũ·
beatum auguſtinum deuote in ſui
filij ſubſidium inuocauit· ſtatimqꝫ
fuſa oratione puer lapidem cum
vrina emiſit et plenam ſanitatem
recepit ¶ In monaſterio quod ele
moſina dicitur· monachus quidã
in vigilia ſancti auguſtini raptꝰ
in ſpiritu vidit nubem ſplendidã
celitus elapſam et ſuper nubeꝫ au
guſtinum ſedentem pontificalibꝰ
inſignitum· Cuius oculi quaſi du
o ſolis radij totam illam eccleſiã
illuminabant et odor inde nimius
exalabat· ¶ Sanctus autem ber
nardus dum quadam vice matuti
narum ſolemnijs intereſſet et ali
ꝗtulũ obdormiuiſſet · et de quodã
tractatu ſancti auguſtini lectioẽs
legerentur · vidit quendam pul
cherrimum iuuenẽ ſibi aſtanteꝫ ·
De cuius ore tantus inundanti
um aquarum impetus exibat· ꝙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

totam illam ecclesiam videretur
irrigare· Quē augustinum esse nō
dubitauit· qui fonte doctrine to
tā ecclesiā irrigauit· ¶ Quidaʒ
sanctū augustinū valde diligens·
monacho custodi corporis sancti
augustī magnā pecuniā dedit· vt
sibi sancti augustini digitum vnū
daret· Sed ille accepta pecunia di
gitum cuiusdam mortui sericis in
uolutū sibi tribuit· simulans esse
digitū augustī Quē ille semper de
uotissime adorabat· et ori oculisqꝫ
apponēs· crebro pectori astringe
bat· Cuius fidē ac deuotionē deus
intuens· digito illo ꝓiecto· vnuʒ
digituʒ augustī tā mirabilit̄ ꝙ mi
sericorditer sibi dedit· Qui cum re
patriasset et multa ibi miracula fi
erent· fama vsqꝫ papiam delata
est· Sed cum predictus monachꝰ
assereret ꝙ cuiusdā mortui digitꝰ
ille esset· sepulcꝝ aperuerunt· et
vnum deesse de eius digitis inue
nerunt Vnde abbas re cognita·
monachum de officio deposuit· et
dire afflixit· Apud burgundiā in
monasterio quod dicitur fontane
tum erat quidā monachus hugo
noīe sancto augustio valde deuo
tus· qui in eiꝰ scriptis miro deside
rio pascebat̄· Quē etiā crebra sup
plicatione rogauerat· vt ipsuʒ ex
hac luce migrare non sineret nisi
in die sacratissime solēnitatis sue
Ipse igitur quintodecio die antē
festū eiusdeʒ sic cepit diris febribꝰ
estuare· vt ī vigilia ipsius sup hu
mū tanꝙ moriens poneretur· Et
ecce plures decori ac fulgentes vi
ri amicti albis ecclesiā dicti mona
sterꝝ processionaliter intrauerūt·
quos sequebatur quidā reuerēdꝰ
pontificalibus insignitus· Quidā
autem monachus in ecclesia con
sistēs hoc vidēs obstupuit· et qui
nam essent vel quo pergerent in
quisiuit Cui vnus eorum dixit ꝙ
sanctus augustinus esset cum su
is canonicis· qui ad deuotum suū
morientem pergeret· vt eius ani
mam ad regnum celestis glorie de
portaret· Post hoc illa reuerenda
processio infirmariā ingreditur·
vbi cum aliꝗ̄diu mansisset· sācta
illa anima a carne soluta est Quā
dulcis amicus et ab hostiū insidijs
securā reddidit· et in celi gaudia
introduxit· ¶ Legit̄ quoqꝫ ꝙ dū
beatus augustinus adhuc in car
ne viueret et quedam relegeret·
ante se transire conspicit demonē
quendā librum humeris suis baiu
lantem Qui a beato augustino ꝓ
tinus adiuratur· vt sibi que in li
bro illa scripta lateant pandat·
Qui peccata hominum ibideʒ scri
pta asserit· que vndecūqꝫ colligit
et reponit· Moxqꝫ ei precepit· vt
si aliquod peccatoꝝ suoruʒ ibi scri
ptum retineat· sibi legendum con
tinuo manifestet· Ostenso autem
loco nichil augustinus ibi scriptū
repperit· nisi ꝙ quadam vice com
pletorium ex obliuione dimisit·
Precipiēsqꝫ dyabolo vt suū ꝑsto
letur aduentum· ecclesiam est in
gressus· et completorium deuote
dixit· et solitas orationes peregit
Reuersusqꝫ dixit ei vt predictum
locum sibi ostēdat iterum relegē
dum· Qui dum crebro reuolueret
et tandeʒ locum vacuum reperisset·
iratus dixit· Turpit̄ me decepisti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Penitet me q̄ libꝝ meum tibi oſ
tendi. q̄ peccatū tuū orationū tu
arū virtute deleſti. et hys dictis
euanuit. ¶ Cū quedam mulier
a quibuſdam malicioſis iniuriam
pateretur ad beatū auguſtinū ac
ceſſit. et ſup hoc eius cōſiliū iplorauit
Que cū ipſum ſtudentē inueniſſet
et eū ſalutaſſz. ille nec ad eā reſpe
xit nec quicq̄ ſibi reſpondit. Co
gitans illa q̄ forte ob nimiam ſā
ctitatē in faciem mulieris nollet
intendere propius acceſſit et ne
gociū diligent̄ expoſuit. Sed ille
nec ſe ad eam cōuertit. nec reſpō
ſū aliqd ſibi dedit. Jdeoqꝫ illa cum
triſticia magna receſſit Altera au
tem die cum auguſtinus miſſam ce
lebraret et dicta mulier intereſſz.
poſt eleuatiōez domini corpis rap
ta in ſpū vidit ſe poſitam ante tri
bunal ſanctiſſime trinitatis. vbi
vidit auguſtinū facie iclinata de
trinitatis gl'a attentiſſime et ſubti
liſſime diſputantē. Factaqꝫ ē vox
ad eā dicens. Cum ad auguſtinū
iuiſti. ille ſic de trinitatis gl'a attē
tiſſime diſputabat. et ideo q̄ ibi
fueris penitus nō aduertit. Sz ad
eū ſecure redeas. q̄ et eū clemen
tem inuenies. et ſalubre ɔſilium
reportabis. Qd cū feciſſet. auguſ
tinus eā benigne audiuit et conſi
liū ſalubre donauit. ¶ Fertur
quoqꝫ q̄ dum quidam raptus in
ſpiritu. ſanctos angelos in glo
ria conſpexiſſet. et beatum augu
ſtinum doctorem glorioſum et exi
miū minime vidiſſz. quendā de ſā
ctis vbinā auguſtinus eſſet inqui
ſiuit. Qui rn̄dit. Auguſtinus reſi
det i excelſis vbi diſputat de glo
ria excellentiſſime trinitatis. Cū
quidā papienſes a marchione ma
leſpine in carcere detinerentur.
ab eis omnis potus eſt penitus in
terdictus. vt poſſz ab eis mḡna pe
cunia extorqueri. Vnde plures iā
ſpiritū exalabāt. pluresqꝫ vrinā
ſuam bibebant. At quidam iuue
nis inter eos exiſtens qui in bea
tum auguſtinum magnam et ſin
gularem deuotionem habebat.
ipſū in ſui adiutorium inuocauit
Tūc circa noctis medium ſanctus
auguſtinus predicto adoleſcenti
apparuit. et q̄ſi manū eius dexterā
apprehēdens vſqꝫ ad flumē graua
lom deduxit Jbiqꝫ cum folio vitis
in aqua madefacto. ſic eius linguā
refrigerauit. vt qui iā veniam bi
bere cupierat. de potu nectaris n̄
curaret. ¶ Prepoſitus cuiuſdā ec
cleſie in beatum auguſtinum ma
gnam deuotionē habēs. cum per
tres annos grauem infirmitatez
incurriſſz. ita vt de lecto ſurgere
nō valeret. aduenīēte ſolemnita
te ſancti auguſtini cum iam in eius
vigilia ad veſperas pulſaretur.
ad rogandū ſanctum auguſtinuz
tota deuotione ſe contulit Cui ſā
ctus auguſtinus in albis veſtibus
apparens. eidem tribus vicibus
ꝓprio nomine dixit. Ecce aſſuz to
tiens a te vocatus. Surge cito et
celebra mihi officium veſpertinū
Qui ſanus ſurgens cunctis ſtupē
tibus eccleſiam intrauit et officiū
deuote peregit. ¶ Cum cuidam
paſtori ſeuum vlcus inter ſcapu
las ortum eſſz. adeo morbus inua
luit. vt iam eſſet totus viribus
deſtitutus. Qui cum ad ſanctum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

auguſtinum preces emitteret · ei
dem auguſtinus in viſu apparuit
et ſuper īfirmū manum apponēs ·
perfecte eum ſanauit · Idem quo
ꝙ vir procedēte tempore oculoꝝ
lumine eſt priuatꝰ · Qui cum ſāc
tum auguſtinū ſedule inuocaret ·
quadam die circa meridiem eidē
apparuit · et oculos manibus ſuis
tergens · priſtinā ſibi reſtituit ſa
nitatem ¶ Circa annum domini
nōgenteſimum duodecimū quidā
viri grauit īfirmati numero plus
ꝙ quadraginta de germaīa et gal
lia romā ibant ad limina apoſto
lorum viſitanda · Quorū quidam
ſcānis in terra curui ſe vehētes ·
alij cū baculis ſe ſuſtētantes · alij
priuati oculis poſt alios ſe trahē
tes · alij contractas manꝰ et pedes
habentes pergebāt · Qui mōtes
tranſeuntes ad locū qui dicitur
carbonaria peruenerunt · Cū au
tem pene ad locum qui cana dicit
aduenisſent · qui tribus milibꝰ a
papia diſtat · ſanctus auguſtinꝰ
pontificalibus indutus de quadā
eccleſia in honore ſanctorū coſme
et damiani ↄſtructa exiens eiſdem
apparuit · eoſqꝫ ſalutans quo ten
derent requiſiuit · Qui cum ei reſ
pōdiſſent · adiecit · Ite papiam et
de cenobio ſancti petri qd dicitur
celū aureū iterrogate · et ibi miſe
ricordiā habebitis quā optatis ·
Qui cū eum de nomine ſuo inter
rogaſſent · ait · Ego ſum auguſti
nus quōdam yponenſis ciuitatis
epūs · Statimqꝫ ab oculis eorū eua
nuit · Illi aūt papiam pgentes cū
ad dictum monaſteriū peruenīſſent
et ibi corpus ſancti auguſtini re

quieſcere didiciſſent · ceperūt oēs
voces leuare ac vnanimiter ↄcla
mare · Scē auguſtine adiuua nos
Ad quoꝝ clamores ciues et mona
chi excitati · ad tam grāde ſpecta
culū confluebant · et ecce ex ner
uoꝝ diſtenſione ſanguis multus
cepit effluere · ita vt ab introitu
cenobij vſqꝫ ad tumbā ſancti au
guſti tota terra ſāguine videret re
ſperſa · Cū aūt ad ſepulchꝝ ſcī au
guſti veniſſent · omēs ſanitati ſūt
integre reſtituti · ac ſi nulla in eo
rū corporibꝰ leſio extitiſſet · Cepit
extūc ſancti auguſti fama crebeſ
cere · et multitudo languentiū ad
eius tumulū aduentare Qui om
nes ſalutis beneficia reportātes ·
ſue ſalutis pignora relinquebant ·
Factūqꝫ eſt vt tanta predictoruꝫ
pignoꝝ fuerit copia · vt inde totū
oratorium ſancti auguſtini et por
ticus plena eſſent · ita vt eundi et
redeundi impedimentum non mō
dicū generaret Qua ꝓpter mona
chi neceſſitate cōpulſi · ea inde re
moueri fecerūt · ¶ Notandū ꝙ cū
tria ſint q̄ a mundanis hoibꝫ appe
tuntur · ſcꝫ diuicie · delicie · et hono
res · Iſte vir ſanctus tante perfe
ctionis extitit · ꝙ ipſe diuitias cō
tempſit · honores reſpuit · volupta
tes abhorruit · Qd diuitias ↄtem
neret · ipſe teſtatur in libro ſolilo
quioꝝ · vbi ratio interrogat eum
dicēs · Diuitias nullas cupis? Et
rn̄dit auguſtinꝰ · Hec quidem nec
nūc primū · Nam cum triginta an
nos agam · quatuordecim ā m fere
ſunt ex quo iſta cupere deſtiti · nec
aliud in hijs preter neceſſariū vic
tū cogitaui · Prorſus vnus cicero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

mis liber mihi facile pſuaſit nullo
modo appetẽdas eẽ diuitias Nõ
aũt honores reſpueret in eodẽ li
bro teſtat᷑. vbi ratio euȝ interrogat
dicẽs. Quid honores? Et rñdet au
guſtiꝰ Fateor eos mõ ac pene his
diebꝰ cupere deſtiti. Voluptates
quoqȝ ⁊ delicias contẽpſit. ⁊ quã
tũ ad cõcubitũ ⁊ quãtũ ad guſtuȝ
Quãtũ ad pmũ iterrogat eũ rati
o i eodẽ libro dicẽs. Quid de vxo
re? Nõne te delectat pulcra. pudi
ca morigerata. diues. preſertim ſi
certꝰ ſis nihil ex ea te moleſte paſ
ſurũ? Et rñdit auguſtiꝰ. Quãtũ li
bet velis eã depingere atqȝ cumu
lare bonis oibus. nichil mihi tã fu
giendũ q̃ concubitũ eſſe decreui.
Cui ratio. Nõ ego quero quid de
creueris. ſed vtrũ adhuc alliceris
Et rñdet auguſtiꝰ. Prorſus nihil
huiuſmodi quero nihil deſidero. e
tiã cũ horrore atqȝ aſpernatiõe ta
lia recordor Quãtũ ad ſecundũ in
terrogat eũ ratio dicẽs. Quid de
cibis. Et rñdet auguſtiꝰ. Siue de
cibo ⁊ potu. ſiue de balneis cetera
qȝ corporis voluptate nihil interro
ges. Tantũ ab ea peto quantũ in
valitudis ope conferre poteſt.

In decollatiõe ſci iohãnis baptiſte. Hiſtoria centeſima xxi.

Decollatio ſci iohãnis bap
tiſte quatuor cauſis iſtituta
fuiſſe videt᷑. ſicut in libro
mitrali de officio inuenit᷑. Primo
ꝓpt᷑ eiꝰ decollatiõeȝ Scdo ꝓpt᷑ oſſiũ
ipſiꝰ cõcremationẽ et collectionẽ
Tercio ꝓpt᷑ capitis ipſiꝰ inuentio
nẽ. Quarto ꝓpt᷑ digiti ipſiꝰ trãſla
tionem. et eccleſie dedicationem
Et ſcdm hoc feſtũ iſtd a quibuſdã
diuerſimode nominat᷑. ſcȝ decolla
tio. collectio. inuẽtio. ⁊ dedicatio
¶ Primo ergo celebrat᷑ hoc feſtũ
ꝓpt᷑ ipſiꝰ decollationẽ. quẽ quidẽ
hoc modo facta eſt. Nã vt habet᷑
in hiſtoria ſcolaſtica. herodes anti
pas filiꝰ magni herodis romã pro
ficiſcẽs. et p frẽm ſuũ tranſitũ faci
ens. cũ herodyade vxoẽ philippi. ⁊
ſcdm ioſephum ſorore herodis a
grippe ſecreto pepigit ꝙ in reditu
ſuo vxorẽ repudiaret. et ipſã i cõ
iugẽ duceret. Qd vxorẽ ſuã ſcȝ fili
am arethe regis damaſcenoꝝ mi
nime latuit. ⁊ ideo nõ expectato
viri reditu ad q̃totius feſtinauit
Rediens autem herodes herodya
dem philippo abſtulit. et arethã
regem et herodem agrippam et
philippum in ſui inimiciciam cõci
tauit. Johannes autem eum de
hoc arguebat. quoniam ſecundũ
legem quam receperat fratris ſui
vxorem ipſo viuente ſibi minime
habere licebat. Videns herodes
ꝙ iohannes eum tam dure ſuper
hoc redargueret. et quia propt᷑
predicationem et baptiſmum ſe
cũdum ioſephum magnum popu
lum congregauit. ipſum in carce
re vinculauit vxori placere cupi
ens. ⁊ populi ſubſequentis iohã
nẽ diſpendium pertimeſcẽs Ipſũ
aũt occidẽ voluit. ſed ꝑplm timu
it. Deſiderãtes aũt herodyas pa
rit et herodes occaſionẽ aliquam
inuenire vt iohannem occidere
poſſent. videntur inter ſe ſecreto
condixiſſe. vt herodes natalis ſui
diem coram primis galilee ſuiſqȝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

ꝑncipib; celebrar; et puelle ſaltāti
filie herodiadis quicquid petierit
ſe ſibi datur; iuramēto firmaret.
et ipſa caput iohannis petēre. il
lud ſibi ꝓpter iuramentū factum
eum tribuere oporteret. Sed de
iuramento facto contriſtari ſe ſi
mularet. Qd em̄ hanc verſutiaꝫ
et ſimulationem habuit. videt in
nui in ſcolaſticis hiſtoriis vbi ſic
dicit. Credibile ē ꝙ herodes cum
vxore de nece iohānis ſub tali oc
caſione faciēda prius ſecreto hoc
tractauerit. Item iheronim9 in
gloſa. Ideo forte iurauit vt occa
ſionē inueniret occidendi. Nam ſi
illa patris aut matris interitum
poſtulaſſet. herodes vtiq; nō con
ſenſiſſet. Ordinato igitur cōuiuio
puella adeſt. coram omib9 ſaltat
placens cunctis. ſe ſibi quicquid
petierit datur; rex iurat. A m̄re
premonita. caput iohannis expoſ
tulat. Sed verſipellis herodes ꝓpt̄
iuſiurandū ſe contriſtatum ſimu
lauit. eo ꝙ vt dicit raban9 temē
iuraſſet quod facere oporteret.
Sed triſticiā preferebat i facie cū
leticiam haberet in mēte Excuſat
ſcelus iuramento. vt ſub occaſio
ne pietatis impius fieret. Igitur
ſpiculator mittit. caput iohānis p̄
ſciditur. puelle datur. et a puella
matri adultere preſentat. Auguſ
tinus de occaſione hui9 iuratiōis
narrat in ſermone quodā quem
fecit in decollatione iohānis bap
tiſte tale exemplū. Fuit quidam
homo innocens et fidelis a quo au
diui quod narro. Cum em̄ quidā
negaret. qd ipſi accōmodauerat.
vl̄ quod debebatur. cōmotus ille
prouocauit eū ad iuſiurandum.
Ille igitur iurauit et iſte perdidit
Dicebat ergo i ipſa nocte ſe ad iu
dicē raptū fuiſſe. et ab eo interro
gatum fuiſſe hys verbis. Quare
ꝓuocaſti hominem ad iurationē.
quē ſciebas falſum eſſe iuratur;?
Reſpondit ille. Negauit mihi rē
meam. Et iudex. Melius erat vt
rem tuam perderes. ꝙ vt animaꝫ
ei9 falſa iuratiōe perimeres. Pro
ſtratus igitur tam grauiter cedi
iuſſus eſt. vt in dorſo euigilantis
plagarū veſtigia apparerent. ſed
indultū eſt illi poſtꝙ emendatus
eſt. Hec auguſtin9. ¶ In hac aūt
die iohannes decollatus non eſt.
ſed circa dies azimoꝝ anno prece
dēte paſſionē xpi. Oportuit ergo
vt propter dn̄ica ſacrāmēta minor
cederet maiori. Hic exclamat io
hannes criſoſtomus dicens. Iohā
nes ſcala virtutum. magiſteriuꝫ
vite. ſāctitatis forma. norma iuſ
ticie. virginitatis ſpeculum. pudi
cicie titulus. caſtitatis exempluꝫ.
penitentie via. peccatoꝝ venia. fi
dei diſciplina. Iohānes maior ho
mine. par angelis. legis ſumma.
euangelii ſatio. apl̄oꝝ vox. ſilen
tium prophetaꝝ. lucerna mundi.
precurſor iudicis. totius medius
trinitatis. et hic tantus datur in
ceſtui. traditur adultere. addicit
ſaltatrici. ¶ Herodes autem im
punit9 nō abiit. ſed i exilio dam
natus fuit. Nam ſicut habetur in
hiſtoria ſcolaſtica alter herodes ſcꝫ
agrippa cum eſſet vir ſtrēnus ſed
pauper. p̄ nimia pauptate deſpe
rans. quandā turrim intrauit. vt
ibidem ſe fame afficiens moreret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Quod autẽ herodiades ſoror ſua au
diſſet. viro ſuo ſcilicet herodi tetrar
che ſupplicauit vt eum inde educe
ret. Quod cum feciſſet et ambo in
ſimul epularentur. herodes tetrar
cha mero incaluit. et herodi agrip
pe beneficia que ſibi cõtulerat im
properare cepit. Ex hoc ille vehe
menter doluit. et romã proficiſcẽs
in tantũ iterũ a gayo ceſare in gra
tiã eſt receptus. vt ei duas tetrar
chias ſcilicet liſanie et abiline tribue
ret. et ipſum regẽ in iudeã impo
ſito dyademate deſtinaret. Videns
herodyas ꝙ frater ſuus haberet
nomen regis. viro ſuo moleſtis p
cibus inſiſtebat vt romã pergeret
et ſibi nomẽ regium compararet.
Ille vero cum multis diuitijs ab
undaret acquieſcere nolebat. ma
gis diligens ocium quam honorem la
borioſũ. Tandem vxoris deuictus
precibus romã cũ ipſa perrexit.
Quo cum ipſe pergeret. herodes
agrippa intelligẽs ceſari litteras
deſtinauit. ꝙ herodes cũ rege par
thorum amicicias firmauerit. et ro
mano imperio voluerit rebellare.
Et in argumentũ huius rei ſignifi
cauit ei ꝙ in ciuitatibus ſuis habe
bat arma que ſufficerent ſeptua
ginta milibus armatorum. Lecta au
tem epiſtola. gayus quaſi aliun
de incipiens. herodem de ſtatu ſuo
interrogauit. et inter cetera vtrum
tanta copia armorum eſſet in vr
bibus ſuis quantam ipſe audiuit
requiſiuit. Quod ille minime ne
gauit. Tunc gayus verũ eſſe cre
dens quod herodes agrippa ſcripſe
rat. ipſum in exilium relegauit.
Vxori autẽ eius que erat ſoror hero
dis agrippe quem maxime dilige
bat poteſtatem tribuit vt in ter
ram ſuam rediret. Ipſa autem vi
rum ſuum in exilium voluit comi
tari dicens. ꝙ illum cui communi
cauerat in proſperis non derelin
queret in aduerſis. Lugdunum
igitur deportati fuerunt et ibi vi
tam miſerabiliter finierunt. Hec
in hiſtorijs ſcolaſticis. ¶ Secun
do inſtituta fuiſſe videtur propter
oſſium ipſius concremationem et
collectionem. que ipſa die ſecundum
quoſdam fuerunt concremata. et
a fidelibus ex parte collecta. Vn
de quaſi ſecundum martirium pa
titur quando in ſuis oſſibus con
crematur. Et ideo eccleſia tanquam
eius ſecundum martirium hoc feſ
tum celebrat. Sicut enim legitur
in duodecimo libro hiſtorie eccle
ſiaſtice. cum diſcipuli iohannis cor
pus eius apud ſebaſten vrbem
paleſtine inter heliſeum et abdiam
ſepeliſſent. et ad eius tumulum
multa miracula fierent. iubẽte iu
liano apoſtata gentiles oſſa eius
ſparſerunt. et cum miracula nõ
ceſſarent. poſtea collecta et igne
concremata in puluerem redege
runt. et per agros ventilauerũt.
Hec in hiſtorijs ſcolaſticis. Beda
vero dicit in cronicis. ꝙ ipſa oſ
ſa collecta latius ſparſerunt. et
ſic quodammodo ſecundum mar
tirium paſſus videtur. Hoc quidã
repreſentant neſcientes. dum in
eius natiuitate oſſa vndique collec
ta concremant. Dum autem ad
cremandũ colligerentur vt habe
tur in hiſtorijs ſcolaſticis. quidam
monachi a iheroſolimis venientes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

latenter colligẽtibꝫ ſe miſcuerũt.
et magnã partẽ eoꝝ tulerũt. ipſa
qꝫ oſſa ad philippum iheroſolimita
num epiſcopum detulerũt. qui ea
poſtmodũ athanaſio alexãdrino
epiſcopo miſit. Poſtmodum vero
theophilus eiuſdem vrbis epiſco
pus ea in templo ſerapis a ſordi
bus purgato repoſuit. et in hono
rem beati iohannis baſilicam con
ſecrauit Hec in hiſtoria ſcolaſtica
Nunc autẽ apud ianuã deuote cõ
luntur. ſicut alexãder tercius. et
innocentius quartus rei veritate
cognita ſuis priuilegijs approba
runt Sicut autem herodes qui ei9
caput amputari fecit ſuorum ſce
leꝝ penã pertulit. ſic et iulianum
apoſtatam qui eius oſſa comburi
iuſſit. vltio diuina percuſſit. De cu
ius percuſſione habetur in hiſto
ria ſancti iuliani que eſt poſt con
uerſionem ſancti pauli ¶ Tercio
inſtituta fuiſſe videtur decollatio
propter capitis ipſius inuentionem
Nam hac die vt aiunt caput eius
repertum eſt. Sicut enĩ dicitur in
vndecimo libro eccleſiaſtice hiſto
rie. iohãnes in caſtello arabie dic
to macheronta fuit vinctus. et ca
pite truncatus. Herodias autem
caput iohãnis in iheruſalem fecit
deferri. et iuxta herodis habitacu
lum caute ſepeliri. timens ne pro
pheta reſurgeret. ſi cũ corpore ca
put ſepeliſſet. Tempore vero mar
ciani principis vt habetur i hiſto
rijs ſcolaſticis. iohãnes caput ſu
um duob9 monachis qui iheroſo
limam venerunt reuelauit. Qui
ad palacium quod herodis fuerat
properantes. caput ipſi9 inuenerũt

ſaccis cilicinis inuolutũ. veſtib9
vt eſtimo quibus in deſerto fue
rat obuolutus. Qui dũ cũ predic
to capite ad propria remearent.
quidã emiſſene ciuitatis figulus
paupertatem fugiens comitez ſe
eiſdẽ exhibuit Hic dũ pecuniã ſibi
creditam cum ſacro capite porta
ret. ãmonitus nocte a ſãcto iohã
ne ipſos fugiẽs emiſſenam ciuita
tem cũ ſancto capite eſt ingreſſ9
Ibiqꝫ q̃diu vixit in quodã ſpecu
ſanctũ caput venerans pſperita
tẽ nõ modicã aſſecutus eſt. Mori
ens autẽ illd ſorori ſue ſub fide re
uelauit. et ſcdm eundem modum
ſibimuicẽ ſucceſſores fuerũt Poſt
multũ vero temporis ſancto mar
cello monacho in eodem ſpecu de
genti beatus iohãnes caput ſuuz
hoc modo reuelauit. Videbat enĩ
ſibi dormiẽti q multe turbe pſal
lentes incederẽt et dicerent Ecce
ſanctus iohannes baptiſta venit
Deinde vidit beatũ iohannẽ quẽ
vnus a dextris et alius a ſiniſtris
ducebat. Omneſqꝫ ad eũ acceden
tes ab eo benedicebãtur. Ad quẽ
cum marcellus acceſſiſſet eleuãs
eũ et per mentũ apprehẽdẽs dedit
ei oſculũ pacis. Tunc marcellus
interrogauit eũ dicẽs. Dñe mi vn
de ad nos veniſti? Et ille. De ſebaſ
te veni. Cũ ergo excitatus fuiſſꝫ.
et de hac viſione plurimũ mirare
tur. quadã alia nocte cũ dormirꝫ.
quidã ad eũ veniẽs ipſũ excitauit
Et ecce dum excitatus fuiſſet. vi
dit quandã ſtellã fulgentẽ i oſtio
cellule reſidere Quã ſurgens cum
palpare vellet. ſubito in aliã par
tem ſe tranſtulit. Ille autẽ abire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

cepit poſt eam quouſqꝫ ſtella ſtē
tit i loco vbi erāt caput iohis bap
tiſte· vbi fodiens repperit vrnā ⁊
in ea ſcm̄ theſauruz· Quidam autē
cū non crederet· manum ad yori
am miſit· ſed ſtatim manus exaru
it· et yorie adheſit· Orantib⁹ au
tem ſocijs manum abſtraxit· ſed
inualida remanſit· Apparuit autē
eidem iohānes dicens Cuz caput
meum in eccleſia deponetur· yoriā
cōtinges et ſanitatem recipies·
Quod et fecit et integram ſanita
tem recepit. Hoc autem cuz mar
cellus iulio eiuſdem vrbis epiſco
po indicaſſet· ab eis eſt eleuatum
et in vrbem delatum· Ex quo tpe
cepit in eadem vrbe decollatio io
hannis celebrari ipſa die ſicut in
hyſtoria ſcolaſtica habetur· quo
caput eſt inuentum ſiue eleuatū
Poſtmodum conſtantinopoli et
inde ad gallias apud pictauiā reg
nante pipino eſt tranſlatuz· vbi
eius meritis multi mortui ſunt re
ſuſcitati· Nam ſicut dicitur in hy
ſtoria tripartita Cū valens impera
tor iuſſiſſet ſacrum caput in vehi
culo poni· ⁊ conſtātinopolim trāſ
ferri· cuz circa calcedoniam veniſ
ſent· vehiculum nullatenus trahi
poterat quātumcumqꝫ boues ſtimu
lis vrgerentur· Ideoqꝫ ibidem de
ponere ſunt coacti· Sed cum poſt
ea theodoſi⁹ ipſū inde auferre vel
let· ⁊ quandam matronā v̓ginez
cuſtodie capitis mancipataz repe
riſſet ibidem· rogauit eam vt ſibi
auferre dimitteret ſacruz caput
Illa autē conſenſit credēs ꝙ ſicut
tpe valentis· ita ⁊ nūc nō pmitte
ret ſe auferri· Tūc deuotus impe

rator purpura ſua caput āplectēs
conſtantinopolim tranſtulit· et
ibidem pulcherrimā eccleſiā edifi
cauit· Hec in hyſtoria tripartita·
Et inde ad gallias apud pictauiaz
regnante pipino eſt poſtmodum
tranſlatum· Sed ſicut punitus eſt
herodes qui iohannē decollauit·
et iulian⁹ apoſtata qui eius oſſa
combuſſit· ſic et herodias punita
eſt que puelle vt caput peteret ſug
geſſit et ipā puella que hoc petijt
Quidam enim dicunt ꝙ herody
as in exilium dampnata non eſt
nec ibi defuncta· Sed cum caput
iohannis in manibus teneret· ⁊
eidem gaudens plurimum inſulta
ret· diuino nutu caput ipſum in
eius faciem inſufflauit et illa pro
tin⁹ expirauit· Hoc quidē vulga
riter dicitur Sed quod ſuperius di
ctuz eſt· vt in exilio cū herode mi
ſerabiliter conſūpta fuerit· ſancti
tradunt in cronicis et ſic tenēdū
videtur Filia vero eius cum ſuper
glaciem deambularet. ſub ea gla
cies reſoluitur ⁊ ipſa in aquis cō
tinuo prefocatur· In cronica ve
ro dicitur ꝙ terra ipſam viuam
deglutiuit· Quod poteſt intelligi
ſicut de egiptijs in mari rubro p̄
focatis dicit̄· deuorauit eos terra
¶ Quarto inſtituta fuiſſe dicitur
decollatio beati iohannis ꝓpter di
giti ipſius tranſlationem et eccle
ſie dedicationem· Digit⁹ enī ſuus
quo dominum oſtendit vt fertur
cōburi nō potuit· Vnde a predictis
monachis ipſe digitus repertus ē·
quem poſtmodum vt habetur in
hyſtoria ſcolaſtica ſācta tecla inē
alpes attulit· et in eccleſia ſancti

martini collocauit. Hec in hyſto
rijs. Hoc etiam teſtatur magiſtꝛ
iohānes beleth dicens ꝙ predic
ta ſancta tecla ipſū digitum qui
cōburi non potuit de vltra mari
nis partibus i romaniaȝ attulit.
et ibi in honoreȝ ſancti iohannis ec
cleſiā fabricauit. Quam eccleſiaȝ
vt ibidem dicit quidaȝ hac die de
dicatam fuiſſe aſſerūt. Vnde a do
mino papa ſtatutū fuit vt hec dies
per totum mūdum celebris habe
retur. ¶ Apud maurienam ciui
tatē gallie matrona quedā iohā
nis baptiſte valde deuota deū inſtā
tiꝰ exorabat. vt ſibi de reliquijs
iohannis aliquādo aliquid dona
retur. Cū aūt nichil orando profi
cere ſe videret. reſūpta de deo fi
ducia iuramento ſe aſtrinxit vt
hactenus nō comederet donec qđ
petebat acciperet Cum aūt diebꝰ
aliquibus ieiunaſſet. pollicē ſup
altarē miri candoris vidit et dei do
nū leta ſuſcepit. Tres autē epi il
luc accurrētes cū quilibet de illo
pollice ꝑtem vellet accipere. tres
ſanguinis guttas i linteo ſuppo
ſito ſtillarē ſtupuerūt et ſinguli ſin
gulas ſe meruiſſe ſūt letati ¶ The
odolīa regina lōgobardoꝝ modo
etie iuxta medyolanū nobilē eccle
ſiaȝ i honorē ſancti iohānis baptiſ
te cōſtruxit et ditauit. Procedē
te tēpoē vt teſtatꝰ paulꝰ i hyſtori
a lōgobardoꝝ cōſtātinꝰ qui et cō
ſtās impator volēs ytaliā a lōgo
bardis eripē. a quodam ſcō viro
qui ſpiritū ꝓphetie habuit de exi
tu belli queſiuit Qui nocte oratio
ni vacās. mane reſpōdit. Johānis
regina eccām cōſtruxit et ipſe ꝓ
longobardis continue intercedit
et ideo ſuperari non poſſunt. Ve
niet tamen tempus quo locus ille
deſpicietur et tunc ſuperabuntur
Quod tempore karoli fuit īpletū.
¶ Vir qdam magne virtutis vt
ait gregorius in dyalogo nomi
ne ſanctulus dum quendam dya
conem a longobardis captum in
ſua cuſtodia tali conditione habe
ret. vt ſi fugeret pro eo ipſe ſen
tentiam capitalem ſubiret. coe
git predictꝰ ſanctulus ipſum dy
aconem vt fugēt et ſe liberaret
Quapropter ſanctulus ad decol
landum adducitur et ad hoc fortiſſi
mus ſpiculator eligitur. de quo
dubium non erat quin vno ictu
caput ipſius abſcideret. Extenſo
quoqꝫ collo cum ipſe carnifex for
ti ac horribili niſu brachium cum
enſe in altum leuaſſet. ille procī
nus exclamauit. Sancte iohānes
ſuſcipe illam. ſtatimqꝫ brachium
percuſſoris irriguit. et erecto in ce
lum gladio brachium inflexibile
remanſit. Preſtito qꝫ iuramento
ꝙ de cetero nullum criſtianum fe
riret. vir dei pro eo orauit et bra
chium ſtatim depoſuit.

¶ De ſancto felice et adaucto pre
ſbitero.

¶ Hiſtoria. cxxij.

Felix preſbiter et frater ſu
us ſimiliter nomīe felix
preſbiter dyocleciano et
maxiano oblati ſūt. Quoꝝ ſenior
tū ad tēplū ſerapis vt ibidē ſacri
ficaret adductus eſſet inſufflauit
in facieȝ ſtatue et ꝓtinus corruit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Ductus ſimiliter ad ſtatuam mercurij pariter inſufflauit. et pron9
ſtatua cecidit. Ductus autem ter
tio ad ſimulachrum dyane. ſimili
ter fecit. Tortus igitur in eculeo
ductus eſt quarto ad arborem ſa
crilegam vt ibi immolaret. Qui
flexis genibus orauit. et in arborē
ſufflans eam a radice ſubuertit.
et ſimulachrum cum ara et tēplo
et arbore corruēte contriuit. Qd
cum prefectus audiſſet eum ibidē
decollari precepit. et corpus eius
lupis et canibus dereliquit. Tūc
quidam in medium repente pro
ſiliens xpianū ſe libere confeſſ9
eſt. Ambo igitur ſemuicem oſculā
tes ibidem inſimul decollati ſunt.
Criſtiani vero eius nomē ignorā
tes eum adauctū vocauerunt. eo
q ſancto felici auctus ſit ad coro
nam martirij. Quos cū criſtiani
in foueam quam arbor effecerat
ſepeliſſent. pagani eos effodere vo
lentes protinus a dyabolo ſunt
arrepti.

¶ De ſancto lupo.
¶ Hyſtoria. cxxiij.

Lupus apud aurelianum
ex genere regali ort9. dū
cunctis virtutib9 emiteret
ſenonenſis archiepiſcopus eſt ele
ctus. Qui cum omnia fere paupe
ribus erogaret. et quadā die plu
rimos ad conuiuia inuitaſſet. cū
vinū ad medium non haberet. ſic
reſpondit miniſtro. Credo q de9
q volatilia paſcit. noſtrā perficiet
caritatē. Et ſtatī nūci9 affuit qui
centū. vini modios p foris9 adeſſe
nunciauit. ¶ Cum omnes de curi
a ſibi vehementer detraherent q
virginem dei filiam predeceſſoris
ſui nimis immoderate amaret. co
ram detrahentibus ipſam virginē
apprehendens oſculatus eſt eā di
cens. Nichil nocent hominē verba
aliena. quem propria non macu
lat conſcientia. Quia enim ipſā
deum ardenter amare nouerat.
eam mente puriſſima diligebat.
¶ Cum rex francorum dotarius
burgundiam intrans ſeneſcallū
ſuum contra ſenonenſes direxiſſ
vt ciuitatē obſideret. ſanct9 lup9
eccleſiā ſancti ſteffani ingreſſus
campanā pulſari fecit. Quam ho
ſtes audientes. tantus terror inua
ſit vt n fugerēt mortē ſe euadere
nō putarēt. Tandē obtento reg
no burgūdie cū rex aliū ſeneſcal
lū ſenonas miſiſſ. et btūs lup9 ei
non occurriſſet. indignatus nimis
adeo ipſū apud regē īfamauit vt
rex beatum lupum in exiliū cōſtia
ret. Qui ibi doctrina et miraculis val
de emicuit. Interea ſenonici quen
dā epm q locum ſancti lupi īuaſe
rat occidentes. vt ſanct9 lup9 de
exilio rediret a rege īpetrauerūt
Quē rex vidēs exilio tabefactū
ita diuinitus eſt mutat9 vt corā
eo pſtratus veniā peteret Multiſ
q auctū muneribus ſue reſtituit
ciuitati. Qui dum pariſius reme
aret. ei mſta icarceratorū turba
aptis oſtijs ſolutiſq vinculis obuia
uit. ¶ Quadam die dominica cū
miſſā celebraret. lapſa eſt celitus
gemma in ei9 ſancto calice. quā
rex iter ſuas reliquias collocauit
Rex dotarius audiens q cāpana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

ſancti ſtephani in ſono mirā habe
ret dulcedinem miſit vt pariſius
deferret · vt ab ipō ſepiꝰ audiret·
Sꝫ cū hoc ſancto lupo diſplicuiſſꝫ
mox vt de vrbe ſenoīca delata ē·
ſoni ſui dulcedinez perdidit · Qđ
rex audiens ſtatim reſtitui iuſſit·
Statimqꝫ ſono reddito · inſonuit
ſeptimo ab vrbe miliario · Jtaqꝫ
ſanctꝰ lupus obuiā ei perrexit · et
quod dolens perdiderat cum hono
re recepit · ¶ Nocte quadam cum
oraret inſtinctu dyaboli vehemēt
ſitiens · iuſſit ſibi aquaꝫ frigidam
deportari Dolos autem intelligēs
inimici · puluinar ſuum ſuper vas
poſuit · et ibi dyabolum intus in
cluſit · Qui tota nocte vociferan
do vlulare cepit · Facto autē ma
ne qui clam temptare venerat in
de confuſus abſceſſit ¶ Quadam
nocte duꝫ more ſolito ciuitatis ec
cleſias circuiſſet · rediens domuꝫ
audiuit clericos ſuos rixantes · eo
ꝙ cū mulieribus fornicari vellēt ·
Qui eccleſiā intrans pro eis ora
uit · et mox ab eis omnis ſtimulꝰ
temptationis abceſſit Veientesqꝫ
ante illum veniam poſtularunt ·
Tandem multis clarus virtutibꝰ
in pace requieuit · Floruit autem
circa annos domini ſexcentos de
cem tempore eracly ·

¶ De ſancto mamertino ·
Hyſtoria · cxxiij ·

Mamertinꝰ prius paganꝰ cū
ydola quadā vice coleret
vnū oculū perdidit · et vna
manꝰ eiꝰ ariditatē incurrit · Qui cū
ſe deos offendiſſe putaret · et ad

templum ad deandum ydola pge
ret · obuiat ei quidā vir religioſꝰ
nomine ſauinꝰ · qui eū vnde tāta
ſibi infirmitas acciderit requiſiuit
Qui ayt · Deos meos offēdi et iō
eos orare vado · vt que michi ab
ſtulerunt irati reddant propicii ·
Cui ille rn̄dit · Erras frater erras ·
ſi demones deos putes Sꝫ vade ad
ſāctū germanum antiſiodorēſem
epm̄ · et ſi eiꝰ cōſilio acqeueris cōti
nuo ſanꝰ eris · Qui ſtatī iter arri
piēs venit ad ſepulchrū ſancti ama
toris epī et plurimoꝝ ſanctoꝝ Se
cuſſitqꝫ ꝓpt̄ pluuiaꝫ nocte illa ad
quādā cellulā ſup tūbā ſancti con
cordij collatā · Cū aūt obdormiuiſ
ſet apparuit viſio mirabil̄ · ꝙ qui
dā vir venit ad oſtiū celle eiꝰ · voca
uitqꝫ ſanctū cōcordiū vt veniꝫ ad
feſtū · qđ ſāctꝰ peregrinꝰ et ſanctꝰ
amator cuꝫ alijs epis faciebant ·
Cui ille de tumulo reſpondit · Nō
poſſū modo venire quia hoſpitē qn
dā me cuſtodire oportet · ne a ſer
pentibꝰ qui hic habitant occidat̄ ·
Abiens ille que audierat nuncia
uit · Reuerſuſqꝫ ayt · Sancte con
cordi ſurge et veni et adduc tecuꝫ
viuianum ſubdyaconem et viuia
num accolitum vt officium ſuuꝫ
faciant · Alexander autem hoſpi
tem tuum cuſtodiet · Viſumqꝫ eſt
mamertino ꝙ ſanctus concordiꝰ
apprehenſa manu duceret euꝫ ſe
cū · Cūqꝫ ad eos veniſſꝫ · dixit ei ſan
ctꝰ amator Quis ē iſte qui tecū i
greſſus eſt ? Qui ait Hoſpes meꝰ
ē · Et ille · Expelle eum quia pollu
tus eſt · et nobiſcū eſſe non poteſt
Qui cū expelleret̄ · pſtratꝰ coram
eis ſācti amatoris grām ipetrauit ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Qui iuſſit ei vt ad ſanctum ger
manuꝫ pergere feſtinaret. Euigi
lans ergo ad ſanctum germanū
venit. et coram eo ꝓſtratus veni
am poſtulabat Qui cum ea que ſi
bi cōtigerant enarraret. perrexe
rūt ambo ad tumbam ſancti con
cordij. et remoto lapide viderūt
plures ſerpentes qui decem pedū
longitudinem excedebant. Cūq̄
ōnes diffugerent beatus germa
nus imperauit eis vt ad taleꝫ lo
cum pergāt vbi de cetero nemini
nocere ꝓſumāt Sicq̄ mamertinꝰ
baptiſatus eſt et ſanatꝰ. factꝰ q̄ꝫ
eſt monachus monaſterij ſancti
germani vbi pꝰ ſanctū allodium
abbas fuit. Huius tempore ī eiꝰ
monaſterio ſanctus marianꝰ exti
tit cuiꝰ obedientiā ſanctꝰ mamer
tinꝰ probare volens vilius officiū
monaſterij ei cōmiſit. paſtorem
ſcꝫ eum faciens bubalorum. Cum
igitur in inſula q̄daꝫ boues et vac
cas libenter cuſtodiret. tanta ſā
ctitate pollebat ꝙ etiaꝫ aues ſilue
ſtres ad ſe venientes manu ꝓpria
nutriebat. Nā et aprū q̄ ad cellaꝫ
eius ↄfugerat. a canibꝰ eripuit et
abire fecit ¶ Latrones quidā cuꝫ
eū expoliaſſent et veſtē eiꝰ ſecū fe
rentes abirent. ſolū ei palliolū di
miſerūt Qui ſtatim pꝰ eos clama
uit dicēs Reuertimini dn̄i mei. ec
ce denariū in meo palliolo colliga
tū inueni qui vobis forſitā neceſſa
riꝰ erit Qui ꝓtinus reuertentes
palliolū cū denario abſtulerūt et
nudū penitꝰ dimiſerūt Sꝫ cū feſti
nāt ad ſuas latebras ꝓpearēt. to
ta nocte errātes ſūpo crepuſculo
ad eiꝰ cellā ſūt reuerſi. Quos ille ſa
lutās ī cella ſua benigne recepit.
pedeſq̄ eoruꝫ lauans neceſſaria ꝙ̄
tū potuit miniſtrauit Qui ſtupefacti
de eo qđ fecerūt doluerūt. et vnuſ
quiſq̄ eoꝝ ad fidē ↄuerſus eſt. ¶
Quadā vice cū q̄daꝫ iuniores mō
nachi ſecū manētes vrſe cuidam
que omnibꝰ īſidiabāt laqueos te
tēdiſſent. illa in laq̄os nocte irru
ens capta tenebāt. Qđ ſāctꝰ ma
mertinꝰ preſciēs de lecto ſurrexit
et eā inueniēs dixit illi. Quid facis
hic o miſera? fuge cito ne capiāis
eāq̄ abſoluēs dimiſit Veruꝫ cum
mortuus fuiſſet et corpus eius au
tiſiodorum deportarent. cum fuiſ
ſent in quadā villa nullo modo in
de illud mouere potuerūt. quo ad
uſq̄ quidā incarceratus ſubito fra
ctis vinculꝭ liber exiliens venit ad
corpus. et cum alijs vſq̄ ad vrbē
portauit. vbi ī eccīa ſācti germaī
honorifice ſepultꝰ ē

De noīe.

Egidius dr̄ ab e qđ ē ſine
et geos t̄ra. et dya clarꝰ
ſiue diuū Ipē nāq̄ fuit ſine t̄ra p
terrenorū deſpectionem Clarus
p ſcīe illuſtrationē Diuinꝰ p amo
rem qui aſſimilat amātē amato.

De ſancto egidio abbate.

Hyſtoria. cxxv.

Sanctꝰ egidius athenis ex
prē theodoro matre vero
pelagia regia ſtirpe ꝓgeī
tis extitit oriundus Hic euo tener
ad liberalia rudimēta diſpoſitus
doctores ſūmos ſp̄ūs ſancti ī eo ḡ
tia operante breui tpe trāſcēdit.
Docili quoq̄ puero gratia diuina
non defuit. eius vitam omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

morū honeſtate perornans · iam
q₃ extremis ſcintillabat indicijs i
tus ſuccenſa lampas caritatis ¶
Quadam enim die dum ad eccle
ſiam pergeret quendam egrū vi
dit in via alimoniam poſtulantē
Cuius et miſerie et paupertati ſan
ct9 puer compatiens extractam
qua induebatur tunicam egro tri
buit · aliud nichil habens quod ei
tribueret Qua indutus eger · ſta
tim ſe t o ius corporis ſanitatem
recepiſſe gauiſus eſt Dum autem
domum rediſſet et inquireretur de
tunica · reſpondit quendam igno
tum ſibi illam abſtuliſſe · Nec mul
to poſt · parentibus eius in pace
defunctis latiſſimi ſui patrimonij
xpm̄ fecit heredem ¶ Interea dū
quadam die rediret ad eccleſiam
domino volente per eum operari
fit illi obuius quidam tumēti cute
atq₃ miſera ſpecie nuper a ſerpen
te percuſſus · Quem miſerans pu
er ſanctus oratiōe fuſa mox priſ
tine reddidit ſanitati · ¶ Die etiā
quadam dum ſacra miſteria cele
brarentur · quidā arreptus a de
mone ſuis clamoribus totam tur
babat eccleſiam · Sed beatus egi
dius oratione premiſſa arrepticio
huc illucq₃ labanti ſeſe confidentē
obiecit · atq₃ maligno ſpiritui vt
hominē derelinqueret imperauit
Qui ſancti preceptis non valens
obſiſtere hominem exiens dereli
quit incolumē · ¶ Verum cū hec
tam mira geſta laudū preconia
ſequerentur · eiuſq₃ nomen p vni
uerſam greciam magis ac magis
inoteſceret · timēs ne preſenti glo
ria apud dominum merita decreſ

cerent · tranſeundū mare diſpo
ſuit quatinus in ſolitudine domi
no liberius deſeruiret · Cum aūt
clam ſuis omnibus perueniſſ₃ ad
litus vidit nauem in medio mari
eamq₃ periculoſe iactari · omni
bus deſperantib9 de ſalute · Mox
procidens vt ſuum adiuuaret
propoſitum · ſimul ac periclitanti
bus preret dominum exorabat ·
Statimq₃ illi ſedata tempeſtate
peruenerunt ad portum · Cum er
go ab eo itellexiſſent quia romā
pergeret · pedibus eius prouoluti
gratias orationibus inquiunt tu
is referimus quibus a preſenti fu
mus periculo liberati · Scias autē
quia nos de illis partibus ſum9 ·
et ſi illo pergere volueris libent
te ſine precio ferem9 · inſuper et
omnia corpori neceſſaria miniſtra
bimus · Quod cum gratiarum ac
tione ſuſcipiens animabus ſuorū
domino commendatis · exul egidi
us nauem ingreſſus eſt · Proſpe
ro itaq₃ vento cuidam inſule poſt
dies quatuor applicuerunt · vbi
inuentum quendam qui duoden
nem illic peregerat penitentiam
ſanctus egidius benigne ſaluta
uit · atq₃ in illius ruens amplex9
illius ſeſe commendauit orationi
bus Poſt triduum autem nauim
ingreſſi naute cum beato egidio
vrbi marſilie applicuerunt poſt
triduum · deinde ſol9 egidius are
laten properauit · vt videlicet be
ati ceſarij eiuſdē ciuitatis epiſco
pi inſtrui mereretur eloquio ·
Qui cum tandem illuc perueniſſet
priuſ q̄ ad beatum ceſarium acce
deret diuina puidētia ſic diſponēte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

a quadā vidua hoſpitio ſuſceptꝰ
eſt. Que cum haberet filiam trien
nio febricitantem miſertus illius
egidius eam priſtine reddidit ſoſ
pitati. Suſcipitur deinde ab epō
atqꝫ ibidem biennio multis preci
bus detinetur. Poſt hoc vir dei de
ſiderio ſolitudinis occulte ſeceſſit ī
heremū. inuenitqꝫ ibidem virum
quendam veredemium nomine ſā
ctitate et miraculis inſignem. Cu
ius vitam videns egidius eſſe di
uinam aliquāto tempore cum illo
conuerſatus eſt. Quis autē enar
rare ſufficiat quantis ibidem miracu
lis ambo claruerunt. Que omnia
quia multa nimis extiterūt vnū
referamus de pluribus. ¶ Qua
dam enim die abſente veredemio
egrotus quidam omnium mēbro
rum inualidus ſancto egidio ſpe
ſalutis oblatus eſt. Ille autem ſi
cut verus humilis aſſerebat. qui
a nō ſua ſed veredemij merita ſu
iſſent aliorū curatio. atqꝫ ideo hūc
quoqꝫ illi hortatur offerri. Illis au
tem rurſum obijcientibus. quia
tu qui ſterilitatē terre noſtre re
puliſti. hunc quoqꝫ ſi volueris pri
ſtine valebis ſanitati reſtituere.
victus tandem pietate egidius.
oratione pro illo fuſa priſtinam in
eo ſanitatem reformauit. Timēs
ergo ne huiuſmodi miraculorum
rumoribus ab hominibus inciperet
honorari. atqꝫ vnde apud homīes
creſceret inde in oculis occulti iu
dicis minor eſſet. interiorem here
mum relicto veredemio latenter
penetrauit. Peruenit itaqꝫ ad locū
quendam frutectis et arboribus
obſitum. antrū inſuper quoddam
iuxta cuius introitum fons qui
dam ſcatebat. Letus itaqꝫ grati
as deo reddidit de hoc dono. Tri
ennio igitur ibi permanens herbis
contentus et aqua viuebat excep
to ꝙ ei dominus quandam ceruā
preparauerat. que ei certis horis
lactis alimoniā habunde ſatis af
ferebat. Contigit ergo vt famili
a flauij regis gothorum predictū
locum gratia venandi intraret.
Videntes autem ceruam viri dei
alumpnam corpore ſpecieqꝫ pre
ſtantiorem. conteptis ceteris illā
ſtudioſius inſequuntur. A quibꝰ
dum vehementius vrgeretur. ad
pedes ſui confugit alūpni. atqꝫ
querulis mugitibus cepit quaſi
auxilium flagitare. Ille autem ad
mirans cur preter ſolitum ſic mu
giret. exiēs et venatores audiēs
dominum exorauit. vt quam ſibi
nutricem tribuerat ipſe ſeruaret.
Et ſurgens iniuit cerue vt mugiti
bus parceret. At illa voce ſuppreſ
ſa iuxta illius pedes accubuit. Ca
num autem nullus infra lapidis
iactum ſibi appropinquare auſus
eſt. ſed cum nimio vlulatu ad ve
natores reuertebantur. Nocte er
go ſuperueniente domū redeunt.
et ſequenti die illuc reuertentes
caſſo labore domum iterum redie
runt. Quod cum rex audiſſet rem
vt erat ſuſpicatus cum epiſcopo
et multitudine venatorū illuc pro
perauit. Sed cum canes vt priꝰ
accedere nō preſumerent. ſed om
nes vlulando redirent. locum ve
eſt· vt nullo modo moueri poſſet
Stupentib⁹ autē cunctis atq̧ deū
exorantibus vt dignaret̄ oſtende
re quo in loco eiuſdē ſancti corp⁹
vellet ſepeliri· deſignauerunt ad
p̄dictoꝝ martirū baſilicam ⁊ fere
trū moueri nō potuit· ꝓpoſuerūt
vt ferrent ad eccleſiā ſancti micha
lis ⁊ moueri nō potuit· deliberaue
rūt ferre ad eccleſiam ſanctoꝝ ſix
ti ⁊ ſinnicij ⁊ ſimiliter moueri nō
potuit· Tandem cogitabāt ſi for
te in eccleſia ſācti xp̄oferi vbi nul
lius nomiati ſancti corpus poſitū
erat ſacratiſſimū illud corpus re
poni vellet· et ecce tanta facilita
te motū eſt feretrū vt portantes
nullum onus ſentirent Sepultum
eſt autē venerabile illud corpus ī
eadē eccleſia· vbi altare ē in hōre
ſancte genouefe que familiariſſi
ma extitit ſancto remigio

¶ De ſancto leodegario pōtifice ⁊ [...]
¶ Hyſtoria cxliij·

Leodegarius dū omni v̄
tute polleret eduēſi eccle
ſie meruit in pontifice ꝓ
moueri Qui dū dotario rege dece
dēte cura regni ğuius p̄meretur
volūtate dei et principum cōſilio
childericum fratrem dotarij ado
leſcentem virum valde ydoneum
prefecit in regem· Sꝫ ebromius

theodericū ipi⁹ childerici germa
num preficere nitebatur· nō ꝓpt̄
regni comodum· ſꝫ quia de poteſta
te eiectus et omibus odioſus iraꝫ
regis ⁊ pricipū verebatur Timēs
ergo ebromi⁹ licentiam a rege pe
tijt et monaſteriū introiuit· Quo
cedente et fratrem ſuum theode
ricū ne contra regnum aliq̄d mo
liretur in cuſtodia detinente· ſci
tate et prouidentia epi pace mira
bili omes gaudebant. Sed poſt ali
quod tempus rex malignorum cō
ſilio deprauatus· īntm̄ in viri dei o
dium incitat̄· q̄ opportunitateꝫ et
modum mortis eius attentius inq̄
rebat Sꝫ ep̄s blande ferens et om
nes inimicos ſuos vt amicos com
plectens· egit cum rege vt in die
paſce in vrbe cui preerat celebra
ret· Et ecce in illa die nunciatum
ē ei q̄ rex in illa nocte quicq̄d de
morte eius tractauerat perficere de
creuiſſet· Ac ille nichil trepidās·
ſed illa die cum rege omes cōmuni
cās· perſecutoreꝫ ſic fugit q̄ in lux
uienſi monaſterio domino ſerui
ens eciam ebroino qui in mōaſti
co habitu latitabat· ſedula carita
te ſeruiuit· Poſt modicū rex mo
ritur et theodericus in regnū ſub
limatur· Quapropter leodegari
us populi ſui lacrimis et precib⁹
mot⁹· ⁊ abbatis ipio cōpulſ⁹ ad ſe
deꝫ ſuā redijt· ac ebroin⁹ ꝓtin⁹ a
poſtatauit et regis ſeneſcall⁹ or
dinat⁹ ē· Qui licꝫ pri⁹ mal⁹ fue
rit· tn̄ poſtea peior fuit· totoq̧
ſtudio leodegariū occidē nitebat̄·
Miſſis ergo militibus qui eū cape
rēt· cū hoc leodegari⁹ cōperiſſet· e
oꝝ furori cedēs dū i hitu pōtificali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

de vrbe egrederetur. a militibus
capitur qui ei ſtatim oculos erue
rūt. Poſt bienniuȝ vero ſanctus
leodegari9 cuȝ fratre ſuo garino
quem ebronius exulauerat. ī pa
latiū regis adductus. cuȝ ad irriſi
onē ebronij ſapiēter ⁊ pacifice re
ſpōderet. nequā ille iuſſit garinū
lapidibus obrui. ſanctūqȝ epiſco
pum tota die nudis pedib9 p quē
dam fluuiū ſuper acutiſſimos lapi
des decurrenteȝ deduci Et audiēs
ꝙ in hys tormētis deū laudaret.
linguaȝ eius precidi fecit. et poſt
modū eū cuidā cuſtodi tradidit.
vt ipſuȝ nouis ſupplicijs reſerua
ret. Ille autē vſū loquendi non
perdidit. ſed predicatiōi et exhor
tatiōi prout poterat vacabat Pre
dixitqȝ quādo et qualiter ipſe et
ebronius ex hac vita migrarēt.
Lux autem immenſa in moduȝ co
rone caput ei9 circumdedit. quā
cum multi vidiſſent qd hoc eēt ab
ipſo epo queſierunt. At ille ſe in
orationē proſternēs deo grās retu
lit. ⁊ oēs aſtātes vt ī meli9 vitā
mutarēt āmonuit. Qd ebronius
audiēs et inuidēs. miſſis quatuor
ſpiculatoribus ipſū decollari man
dauit. Cum ergo ipſū ducerent.
ait eis Non eſt inquit op9 fratres
vos diuti9 fatigari. ſed hic imple
te deſideriū eius q̄ vos emiſit Ad
hoc tres eorū adeo ſūt cōpuncti ꝙ
ad pedes eius ꝓcidētes veniā pre
cabātur Quartus vero cuȝ eū de
collaſſȝ. protin9 a demone arrep
tus. et in ignē proiect9 vitaȝ mi
ſerabiliter terminauit. Biennio
expleto audiens ebronius corp9
ſancti viri multis miraculis illu
ſtrari. miſerabili cruciat9 inuidia
militem illuc miſit. vt an ſic ſe ha
beret veritas intimaret. Miles au
tem ſuperbus atqȝ arrogans cum
illuc veniſſet. cum calce tūbaȝ ſcī
percutiēs exclamauit Moriatur q̄
mortuū miracula facere poſſe cre
dit Mox ille arrept9 a demonio.
et ſubito moriēs morte ſua ſcm̄ ā
plius commēdauit. Hys auditis
ebronius amplius inuidia torque
batur. et famam ſcī extinguere
moliebatur Sed iuxta predictio
nē ſancti gladio nequiter nequaȝ
ipſe occiditur. Paſſus ē aūt circa
ānū dm̄ ſexcēteſimū octogeſimū.

De nomine

Frāciſc9 prius dictus eſt
iohānes. ſed poſtmoduȝ
mutato noīe frāciſcus vo
cat9 ē Cuius mutatiōis m̄ltiplex
cā fuiſſe videt̄ Primo rōe miracu
li cōnotādi. Linguā enim gallicā
miraculoſe a deo recepiſſe cognoſ
cit̄ Vn̄ dr̄ ī legēda ſua. ꝙ ſēp cum
ardore ſcī ſpūs repleret̄. ardētia
v̄ba foris eructās gallice loq̄bat̄.
Scdo ratiōe officij diuulgādi. Vn̄
dr̄ in legēda ꝙ diuiā ꝓuidētia ſibi
hoc vocabulū indidit vt ex ſingu
lari et ex inſueto noīe opinio mi
niſterij ei9 toti citius innoteſcēt
orbi Tertio ratiōe effcūs ꝯſequēdi
vt ſcȝ p hoc daret̄ ītelligi ꝙ ipē p
ſe ⁊ p filios ſuos m̄ltos ſuos pec
cati ⁊ dyaboli debebat frācos et li
beros facere Quarto ratiōe mag
nanimitatis in corde Nā frāci a fe
ritate dicti ſūt. qꝛ eis in ē natural̄
feritas ⁊ magnanimitas aīoꝝ.
Quīto rōe v̄tuoſitatis ī ſmōe. qꝛ
ei9 ſmo iſtaꝝ ſecuris vicia īcidebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Sexto ratione terroris ī demonū
fugatione Septimo ratione ſecuri
tatis ex ṽtute et opm pfectiōe et
honeſtatis in cōuerſatione Aiunt
em̄ franciſcas dici ſigna quedā in
ſtar ſecurium q̄ rome ante ↄſules
ferebāt · q̄ erāt ī terroē ⁊ ī honorē.

De ſancto franciſco Mercatore.
Hyſtoria · cxlīiij.

Franciſc⁹ ſeruus ⁊ amic⁹
altiſſimi ī ciuitate aſiſij or
tus et negociator effectus
fere vſq₃ ad viceſimum etatis ſue
annum tempus ſuum vane viuē
do conſūmpſit · Quem domin⁹ in
firmitatis flagello corripuit · ac ī
virum alteruz ſubito tranſmuta
uit · ita φ iam ſpiritu prophetico
pollere cepit · Nam cum quadaz vi
ce ipſe cum pluribus a peruſinis
captus diro fuiſſet carceri manci
patus · dolentibus alijs hic ſolus
exultat · Redarguttus ſuper hoc a
cōcaptiuis · reſpondit · Jdo me ex
ultare noueritis · quia adhuc ſan
ctus per totuz ſeculum adorabor
¶ Quadam vice romam cauſa de
uotionis proficiſcens · veſtimēta
ſua depoſuit · ⁊ pauperis cuiuſdaz
veſtimenta induens · ante eccīam
ſancti petri cum pauperib⁹ ſedit ·
et cum eis velut vnus ex illis aui
de mendicauit · ⁊ ſepius ſimile fe
ciſſet niſi notorum verecundia im
pediſſet · ¶ Antiquus hoſtis euz a
ſalubri propoſito conabatur auer
tere · ⁊ feminam quandaz ſue cita
tis monſtruoſe gibboſā cordi eius
immittit · ⁊ niſi reſipiſcat a ceptis
ſimilem ſe facturum minatur · ſed
a domino confortatus audiuit ·
Franciſce amara pro dulcibus ſu
me · et teipſum contempne ſi me
cupis agnoſcere ¶ Quendam igi
tur leproſum obuium habens cuz
huiuſmodi homines multuz natu
raliter abhorreret · diuini tñ me
mor oraculi accurrēs in oſcula ei⁹
ruit · ⁊ poſt hoc ſtatim ille diſpuit
Quapropter ad leproſorum habi
tacula properat · ⁊ eorum manus
deuote oſculans pecuniam donat
¶ Eccleſiam ſancti damiani orati
onis cauſa ingredit · et ymago
criſti eum miraculoſe alloquitur ·
Franciſce inquit vade repara do
mum meam · que vt cernis tota
deſtruitur · Ab ea igitur hora ani
ma eius liquefacta eſt · ⁊ crucifixi
compaſſio eius cordi mirabiliter
eſt infixa · Jnſtitit ſollicite eccleſie
reparande · et reditis que hēbat cū
pecuniā cuidā pſbitero daret · et
ille timore parentū recipe recuſaret
corā ipō eā piciēs tanq̄ puluerem
vilipēdit · Quapp̄ t a prē ligat⁹ ⁊
capt⁹ pecuniā eidē reſtituit ac ve
ſtē pariter reſignauit · ⁊ ſic nudus
ad dn̄m euolauit ⁊ cilicio ſe indu
it · Aduocat īſup ſu⁹ ſi quendam
ſimplicē virū · quē loco patris ſuſ
cipiēs rogat vt cum pr̄ ei⁹ maledi
cta ↄgeminet · ipē ſibi ecōuerſo bn̄
dicat Frat etiā e⁹ carnal hyemali
tpe eū vilibus pannulis tectum
orationi vacantē et tremebundū
videns · ait cuidā Dic franciſco vt
de ſudore ſuo vnam tibi minutam
vēdat · Qd ille audiens · alacriter
rn̄dit Reuera hanc dn̄o meo vēn
dā · ¶ Quadā die dū audiret ea q̄
dn̄s diſcipulis ſuis ad predicādū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

miſſis locutus ē ſtatim ad vniuer
ſa ſeruāda tota virtute cōſurgit
Soluit calciamentū de pedib9 · tu
nica vna ſed vili induit · et pro
corrigia mutauit funiculū · ¶ Tē
pore muis p ſiluaȝ ambulās a la
tronib9 capit · et ab eis q̄s ſit re
q̄ſitus preconē dei ſe eſſe aſſeruit
Quē illi accipientes in niuē proi
ciunt dicentes Jace ruſtice preco
dei · ¶ Multi nobiles ⁊ ignobiles
clerici et layci ſpreta ſeculi pōpa
eius veſtigijs adheſerūt · quos pa
ter ſanctus docuit euāgelicā per
fectionē iplere · pauptatē apprehē
dere · et per viaȝ ſcē ſimplicitatis
incedere · Scripſit preterea euan
licā regulā ſibi et ſuis fratrib9 ha
bitis ⁊ habēdis · quam dn̄s papa
innocenti9 cōfirmauit · Cepit ex
tunc feruenti9 vbi dei ſemia ſpar
gere · ⁊ ciuitates ⁊ caſtella feruo
re mirabili circuire ¶ Frater q̄dā
erat q̄tuȝ a foris videbat eximie
ſanctitatis · ſed tn̄ ad modū ſingu
laris . qui tāta diſtrictiōe ſilentiuȝ
obſeruabat · vt nō vbis ſꝫ ſignis
et nutib9 cōfitēt · Cū ſcūs ab hoī
b9 laudacēt vir dei illuc adueniēs
dixit Simite frēs nec michi i eo di
abolica figmenta laudare Monea
tur ſemel vl' bis in ebdomoda cō
fiteri · qꝺ ſi non fecerit · dyabolica
tēptatio ē et deceptio fraudulēta ·
Monētibꝫ illū frib9 digitū ori ſuo
impoſuit · ⁊ caput excutiēs ſe nul
laten9 cōfeſſurū innuit Nō poſt mul
tos dies ad vomitū redijt · et i fa
cinoroſis actibꝫ vitam finiuit
Fatigat9 ex itinere ſeru9 dei duȝ
aſinū eq̄taret · ſocius ei9 · ſ · leōd9
de aſiſio ſimiliter fatigatus intra
ſe cogitare cepit ac dicere · Nō de
pari ludebāt parentes eius ⁊ mei
Cōtinuo vir dei de aſino deſcēdēs
dixit fratri Non cōuenit me equi
tare et te pedes venire · quia nobi
lior me fuiſti · Stupefact9 frāt ad
pedes patris procidit · et veniam
poſtulauit · ¶ Trāſeūti ſibi aliqn̄
mulier quedaȝ nobil' dcito gradu
occurrit · Cuius laſſitudinē et īnt
cluſos anhelitus miſeratus · q̄d nā
requireret inq̄ſiuit · Et illa · Ora
ꝓ me pat' · q2 ſalubre ꝓpoſitū qꝺ
cōcepi viro meo īpediente nō exe
quor · ſed i ſuitio xp̄i michi ꝗ̄ plu
rimū aduerſat' Cui ille Vade filia
q2 cito de eo cōſolationē recipies
Et ex pte dei oipotentis et mea ſi
bi denūcies q2 nūc ē tēpus ſalutis
et poſtmodū eq̄tatis Qua denūci
āte vir ſubito imutat' · et cōtinē
tiam pollicetur · ¶ Cuidam ruſti
co in quadam ſolitudine ſiti defici
enti · fontem aque ibidem ſuis o
rationibus impetrauit · ¶ Cui
dam fratri ſibi admodū familiari
ſecretū hoc ſācto inſtigāte ſpiritu
retulit dicens · Hodie eſt aliquis
ſeruus dei ſuper terrā · ꝓpter quē
quoad vixerit non permittet do
minus famem ſuper homines de
ſeuire · ¶ Sic procul dubio fuiſſe
narratur · Sed illo ſublato tota
in contrarium conditio permuta
tur · Nam poſt eius felicem tranſi
tuȝ predicto fratri apparuit dicēs
Ecce iam venit fames quam dum
viuerem ego · venire ſuper terraȝ
dominus nō permiſit ¶ Jn feſto
paſche cum fratres in heremo gre
cie mēſam accuratī9 ſolito cilitijs
albis et vitreis preparaſſent

& vir dei hoc cōſpexiſſet · protinꝰ
greſſum retrahens capellū cuiuſ
dam pauperis qui tunc aderat ca
piti ſuo imponit · et baculum ma
nu geſtans foras egredit̃ · et ad
oſtium preſtolatur · Manducanti
bus igitur fratribus clamat ad oſ
tium vt amore dei peregrino pau
peri et infirmo elemoſinam largi
antur · Vocatus pauper ingredit̃
et in terra ſolus recumbens diſcū
ponit in cinere · Qd videntes fra
tres · ſtupore nimio ſunt repleti ·
Quibus ille · Menſam vidi para
tam et ornatam et pauperū oſti
atim euntium nō eſſe cognoui ¶
Paupertatem in ſe et ī alijs adeo
diligebat vt paupertatem domi
nam ſuam ſemp vocaret · Siquā
do pauperiorē ſeipſo videret · pti
nus inuidebat et ſe ab illo vinci ti
mebat Nam et cum die quadam
pauperculum quēdam obuium ha
buiſſz · ait ſocio ſuo Magnā vere
cundiam intulit nobis huiꝰ inopi
a · et paupertatē nrām plurimū
reprehendit · Nam pro meis diui
tijs p mea domina paupertatem
elegi · & ecce amplius relucet in
iſto ¶ Cum quidam pauper corā
eo tranſiret & vir dei intima fuiſ
ſet compaſſione cōmotus · dixit
ei ſocius · Et ſi hic pauper ſit · forſi
tan in tota puīcia non ē eo ditior
volūtate Cui vir dei dixit · Cito
exue tunicam tuam & pauperi tri
bue · & ad eius pedes pſtratꝰ · cul
pabilem te pclama Cui ille proti
nus obediuit ¶ Quadā vice tres
mulieres facie & habitu per ōnia
ſimiles obuiam habuit · que eū
taliter ſalutauerūt Beneueniat

dn̄a paupertas · Et ↄtinuo diſparu
erūt & vltra viſe non ſunt · ¶ Cū
ad ciuitatem aretij deueniſſz & ibi
bellum inteſtinum cōmotum fuiſ
ſet · vidit vir dei de burgo ſup ter
ram illam demones exultantes ·
Vocanſqz ſociū ſuum nomine ſil
ueſtrum dixit ei · Vade ad portā
ciuitatis & demonibus vt ciuitatē
exeant ex parte omnipotētis dei
precipe · Qui feſtinās ante portā
valenter clamauit · Ex parte dei &
iuſſu patris mei franciſci · diſcedi
te demones vniuerſi · Sicqz ōnes
ciues poſt modicum ad cōcordiā
redierunt · ¶ Predictꝰ autē ſil
ueſter dum ad huc ſacerdos ſecu
laris eſſet · vidit in ſomnis crucē
aureā de ore frāciſci procedētē · cu
ius ſūmitas celos tangebat · cuiꝰ
brachia protenſa in latum · vtrā
qz mundi partem āplexādo cinge
bant · Cōpunctus ſacerdos pro
tinus mundū deſerit & viri dei per
fectꝰ imitator efficitur · ¶ Exiſtē
te viro dei in oratione · dyabolus
ter eum nomine pprio vocauit ·
Cui cū ſanctꝰ reſpōdiſſet · adiecit
Nullꝰ eſt enī adeo in hoc mundo
peccator qn ſi ↄuerſus fuerit nō in
dulgeat dn̄s · Sed quicūqz ſemet
ipſū pnā dura necauerit · miām
in perpetuum non inueniet · Conti
nuo famulꝰ dei per reuelationem cog
nouit hoſtis fallaciam quomodo
niſus fuerit eum ad tepidū redu
cere ¶ Cernens autē hoſtis anti
quꝰ qz ſic non preualuit · grauē
carnis temptationē eidē immittit ·
Quod vir dei ſentiens veſte depoſi
ta · cordula duriſſima ſe verbera
bat dicens · Eya frater aſine ſic te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

manere decet · ſicq; ſbire flagellū
Sed cū temptatio nequaq̄ diſce
deret · foras exiens in magnā ni
uem ſe nudum dimeſit Accipiēs
q; niuem in modum pile · ſeptem
globos cōponit · Quos ſibi propo
nens cepit alloqui corpus Ecce in
q̄t hec maior vxor tua · iſte q̄tuor
duo ſūt filij ꝛ due filie tuē · reliq̄ du
e ſeruꝰ ſūt ꝛ ancilla · Feſtina ergo
omnes induere quoniam frigore
moriuntur · Si autem earum mul
tiplex te ſollicitudo moleſtat · vni
domino ſollicitus ſerui. Illico dy
abolus confuſus receſſit et vir dei
deum glorificans in cellam redijt
¶ Cum apud dominum leonem
cardinalē ſancte crucis ab eo ro
gatꝰ aliq̄diu moraret · nocte q̄dā
demones ad ipſum venientes eū
grauiſſime verberauerūt · vocans
q; ſocium et rem ſibi apiens ayt ·
Demones ſūt caſtaldi domini mei
quos deſtinat ipſe ad puniendos
exceſſus · Ego vero offenſam nō
recolo quam per penitentiam et
ſatiſfactionem non lauerim . Sed
forte ideo caſtaldos ſuos in me p
miſit irruē · q̄ manēo i curijs mag
natorū · quod forſitan fratribus
meis pauperculis bonam ſuſpicio
nē non generat · qui forte me eſ
timant delicijs habundare Et fu
gens ſummo mane inde receſſit ·
¶ Exiſtente eo aliquando in ora
tione audiuit ſuper tectum domꝰ
cateruas demonum cum ſtrepitu
diſcurrentes · Qui concitus foras
exiens et crucis ſignum ſibi impri
mens dixit · Ex parte omnipoten
tis dei vob̄ dico demones · vt quic
quid vobis permiſſum eſt in meo
corpore faciatis · libenter omnia
ſuſtinebo · quia cū maiorem inimi
cum nō habeam corpore · vindica
bitis me de aduerſario meo · dū i
ipſo vice mea exercebitis dignā
vltionē Cōfuſi ergo demones eua
neſcunt · ¶ Frater quidam ſoci
us viri dī in extaſi factꝰ inter ce
teras celi ſedes vidit vnā digniſſi
mam et mirabili gloria fulgentē ·
Qui cum miraretur cui tā p̄clara
ſedes ſeruaretur · audiuit · Sedes
iſta vniꝰ de ruentibus principibꝰ
fuit · ꝛ nunc humili franciſco par
Et exiens ab oratione · virum dei
interrogauit dicens · Quid de te
opinaris pater? Et ille Videor mi
chi maximꝰ peccōr · Statimq; i cor
de fratris ſpiritus dixit Cognoſce
q; vera fuerit viſio quam vidiſti ·
quoniam ad ſedem per ſuperbiam
perditā · humilitas leuabit humil
limum ¶ In viſione ſeruus dei ſu
pra ſeraphin crucifixū aſpexit ·
qui crucifixionis ſue ſigna ſic ei e
uidenter impreſſit · vt crucifixus
videretur et ipſe · Conſignantur
manus et pedes et latus crucis ca
ractere · ſed diligēti ſtudio ab om
nium oculis ipſa ſtigmata abſcō
debat Quidam tamen hec in vita
viderunt · ſed in morte plurimi cō
ſpexerunt · Quod aūt hec ſtigma
ta per omnia vera extiterint · mł
tis miraculis eſt oſtenſum Quorū
duo que poſt eius obitum cōtige
runt · hic interſerē ſufficiat · ¶ In
apulia vir quidam nomine roge
rius ante ymaginem ſancti fran
ciſci ſtans cepit cogitare dicēs ·
Eſſet ne hoc verum vt tali clarui
iſſet miraculo · an pia fuiſſet illuſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ſiue ſuorum fratrum ſimulata in
uentio ? Quod dum mente reuol
ueret · ſubito audit ſonum quaſi
ſpiculi proſilientis de baliſta Sen
ſitqꝫ ſe in ſiniſtra manu grauiter
vulneratum · Sed cum in cirote
ca nichil leſionis appareret · cirote
cam de manu extraxit · et graue
vulnus quaſi ſagitte in manu cō
ſpexit · ex quo tanta vis procede
bat ardoris · vt totus ex ardore et
dolore deficere videretur Cumqꝫ
peniteret et ſe beati frāciſci ſtigmata
credere veraciter teſtaretur · per du
os dies duꝫ ſanctū dei per ſua ſtig
mata exoraſſet fuit continuo libera
tus · ¶ In regno quoqꝫ caſtelle
cum quidaꝫ vir ſcō franciſco deuo
tus ad completoriuꝫ pergerꝫ · ab
inſidijs ob morteꝫ alterius ibi pa
ratis ex errore impetitur · et letaliter
vlneratus ſemiuiuꝰ relinquitur ·
Deinde gladiuꝫ in gutture crude
lis lictor infixit · et extrahere nō
valens receſſit Fit vndiqꝫ concur
ſus et clamor et ab omnibus mor
tuus plangitur · Cum auteꝫ nocte
media cāpana frm̄ ad matutinas
pulſaretur vxor eius clamare ce
pit · Mi domine ſurge et vade ad
matutinas quia cāpana te vocat
Statim ille manum eleuans vide
batur alicui innuere vt gladiū ex
traheret Et ecce videntibus omni
bus · gladius quaſi validiſſimi iac
tꝰ manu pugilis eminꝰ proſiliuit
Statimqꝫ ille perfecte ſanatus ſe
erexit dicens · Beatus franciſcꝰ
ad me veniēs ſuaqꝫ ſtigmata me
is vulneribus apponens · eorū ſua
uitate cūcta vulnera deliniuit et
cōtactu mirifice ſolidauit Qui cū

vellet diſcedere ſibi innuebam vt
gladiū extraheret · quia loqui ali
ter nō valerem Quem ſtatim ap
prehendēs valide proiecit · ſtatim
qꝫ ſtigmatibꝰ ſanctis vulneratū
guttur demulcēs pfecte ſanauit ·
¶ In vrbe rome clara illa lumi
naria orbis ſcꝫ beatus dominicus
et beatus franciſcus coram domi
no hoſtieſi qui poſtea fuit ſummꝰ
pōtifex aderāt · Dixitqꝫ eis epiſco
pus · Cur nō facimꝰ de veſtris fra
tribus epōs et p̄latos · q̄ documen
to et exēplo ceteris p̄ualēt ? Fit i
ter ſanctos de rn̄dendo lōga cōten
tio Vicit tādē humilitas frāciſcuꝫ
ne ſe preponeret · vicit et dominicū
vt primus reſpōdendo humiliter
obediret · Dixit ergo btūs dn̄icus
Domine gradu bono ſi cognoſcūt
ſublimati ſūt fratres mei · nec pro
meo poſſe permittaꝫ vt aliud aſſe
quantur cacumen dignitatis Pꝰ
hoc reſpondens ſanctus franciſcꝰ
dixit · Domine minores ideo vocati
ſunt fratres mei · vt maiores fieri
non preſumant · ¶ Columbina
ſimplicitate plenus · omnes crea
turas ad creatoris hortatur amo
rem · Predicat auibus · auditur ab
ipſis · tangūtur ab ipſo · nec niſi lice
ciate recedunt · Hyrundines dū eo p̄
dicāte garrirēt · ipſo imperante
protinus cōticeſcunt · ¶ Apud
portiūculā iuxta eiꝰ cellā cycada i
ficu reſidens frequenter canebat ·
quā vir dī manū extēdēs vocauit
dicens · Soror mea cicada veni ad
me Que ſtatim obediēs ſup eius
manū aſcēdit · Cui ille · Canta ſo
ror cicada et dn̄m tuū lauda Que
ptinꝰ canēs nō niſi licētiata receſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Deperit lucernis· lampadib⁹ et
candelis nolens ſua manu dext pa
re fulgorem Supra petras reuerē
ter ābulauit· eius intuitu qui di
ciẗ petra Legit de via v̓miculos ne
tranſeūciū pedibus cōculcent· et
apib⁹ ne in media peant glacie hye
mali· mel et optima vina iubꝫ ap
poni Fraterno noīe animalia cun
cta vocabat· Miro ⁊ ineffabili gau
dio replebatur ob creatoris amo
rem cū ſole lunā et ſtellas intueba
tur· ⁊ eas ad creatoris inuitabat a
morem· Coronā ſibi magnā fieri ꝓ
hibebat dicens · Volo ꝙ frēs mei
ſimplices partē hēāt ī capite meo
¶ Vir quidam ad modum ſecula
ris cum ſeruum dī franciſcū apud
ſanctū ſeuerinū predicantē inue
niſſꝫ· vidit deo ſibi reuelante ſan
ctum franciſcum cum duob⁹ trāſ
uerſis enſibus valde fulgentib⁹ in
modum crucis ſignatum. quorūꝫ
vn⁹ a capite ad pedes ·ali⁹ a ma
nu in manum per pectus traſuers
ſaliẗ tendebatur· Quem cūꝫ nūꝗ̄
vidiſſet tali iudicio recognoſcēs
compūctus ordinem introiuit· ⁊
vitam feliciter conſummauit· ¶
Cum infirmitatem oculorum ex
fletu continuo incurriſſet· ſuaden
tibus ꝙ abſtineret a lacrimis ſic
reſpondit Non eſt ob amorem lu
minis ꝙ habemus commune cūꝫ
muſcis eterne lucis viſitatio repel
lenda· Cum autem a fratribus vr
geretur· vt pateretur infirmitati
viſus remedium adhiberi · et cy
rurgicus inſtrumentum ferreum
igne candens in manu teneret· vir
dei apt Mi frater ignis· eſto michi ī
hac hora propicius ⁊ curialis· pre
cor dominū qui te creauit· vt ini
chi calorem tuum temperet Et hec
dicens ſignum crucis contra ipm̄
edidit Profundatoq̃ꝫ illo in tene
ra carne ab aure vſq̃ꝫ ad ſuperci
lium · nullum vt retulit dolorem
ſenſit· ¶ Apud heremū ſancti ver
bani ſeruo dei egritudine validiſſi
ma laborante, cum ipſe defectum
nature ſentiens vini poculum po
ſtulaſſet nichilq̃ꝫ adeſſet allatam
ſibi aquam ſigno crucis edito be
nedixit· mox in optimum vinum
conuerſa quod deſerti loci paup
tas nō potuit· viri ſancti puritas
impetrauit· ad cuius guſtuꝫ ſubi
to conualuit· ¶ Malebat ſe vitu
perium audire ꝙ̄ laudem· Et ideo
cum populi meritum in eo ſancti
tatis extollerent · precepit alicui
fratri vt verba ipſum vilificantia
ſuis auribus inculcando proferreꝫ
Cumq̃ꝫ frater ille licet inuitus eū
ruſticum et mercenarium impitū
et inutilem diceret· exhilleratus
dicebat· benedicat tibi dominus ·
quia tu veriſſima loqueris · ⁊ talia
me decet audire ¶ Non tam ſeru⁹
dei preeſſe voluit ꝙ̄ ſubeſſe · nec
tam precipere ꝙ̄ parere· idcirco
generali ſedēs officio guardianuꝫ
petiit· cuius voluntati per omnia
ſubiaceret· fratri quoq̃ꝫ cum quo
ſolitus erat ire ·ſemper promitte
bat obedientiam et ſeruabat. ¶
Cūꝫ frater quidem contra legeꝫ
obedientie aliquid feciſſet· ⁊ peni
tentie ſigna haberet · vir tamen
dei ad aliorūꝫ terrorem eius capu
cium in ignem proici iuſſit· Cum
q̃ꝫ per horam capuciuꝫ fuiſſet i me
dio ignis ·precepit ipſū extrahi·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

a fratri reſtitui · Extrahitur igitur
capucium de medio flammarum
illeſū atq omnino incombuſtum
nulluʒ habens aduſtionis veſtigi
um · ¶ Quodam tempore per
paludes veneciarum ambulans in
uenit maximam auium multitudi
nem cantantium in palude · dixit
q ad ſocium Sorores aues laudāt
creatorem ſuum · Eamus et in ea
rum medio horas canonicas can
temus · Quibus intrātibus aues
mote non ſunt Sed quia ob nimi
um garritum ſe adinuicem audiē
non poterant ayt · Sorores aues
a cantu ceſſate donec laudes debi
tas domino perſoluamus Quib⁹
tacentibus finitis laudibus · licen
tiaʒ cantandi dedit · et ſtatim can
tum ſuum more ſolito reſumpſe
rūt · ¶ Inuitatus deuote a quo
dam milite dixit ei · frater hoſpes
meis monitis acquieſce et peccata
tua confitere · quia cito alibi man
ducabis · Qui ſtatim acquieſcēs
domum ſuam diſpoſuit et penitē
tiam ſalutarem accepit · Cum er
go ad menſam intraſſent hoſpes
ſubito expirauit · ¶ Cum quā
dam auium multitudinem reppe
riſſet et eas velut rōis participes
ſalutaſſet dixit · Fratres mei vo
lucres multuʒ debetis laudare cre
atorem veſtrum · quia ſecunduʒ p
phetam dauid Magnus domin⁹
et laudabilis nimis · quem nemo
tm̄ laudare poteſt q̄tum debet · a
quo accepit omnis creatura q̄d
quid habet · Angeli nature et ſub
ſtantie ſue puritatem et inmateri
alitatem nec non intelligentie p
ſpicacitatem · Celi magnitudineʒ

ſuam rotūditatem et motus regu
laritatem · Stelle ſplendorē et cla
ritatem · A quo luminaria mundi
ſol et luna lumen ſuum receperūt ·
vt ſol diei preſit luna vero nocti ·
A quo elementa ſuis virtutibus
donata ſunt · ignis ardore · aer p
ſpicuitate · aqua fluxibilitate ter
ra q ſtabilitate · a quo et vos vi
ta donati eſtis · qui plumis vos
induit · pennas ad volandum tri
buit · aeris puritatem conceſſit et
ſine veſtra ſollicitudie vos guber
nat · aues autem ceperunt ver
ſus eum extendere colla · proten
dere alas · aperire roſtra et in illū
attente reſpicere · Ipſe vero per
medium earum tranſiens tunica
contingebat eaſdem · nec tamen
aliqua de loco eſt mota donec licē
tia data omnes inſimul euolaue
runt. ¶ Cum apud caſtrum
almariū predicaret et propter gar
ritus yrundinum ibidem nidificā
tium audiri non poterat · Quib⁹
ille · Sorores mee yrundines iam
tempus eſt vt loquar ego · quia
vos ſatis dixiſtis · tenete ſilentiuʒ
donec verbum domini compleat
Cui continuo obedientes protin⁹
conticuerunt · ¶ Tranſeunte
aliquando viro dei per apuliam ·
in via magnam burſam repperit
denariis tumeſcentem · Quam ſo
cius vidēs accipere voluit vt pau
peribus erogaret · ſed ille nullate
nus permiſit dicens · Non licet fili
alienum auferre · Sed cum ille ve
hementer inſtaret franciſc⁹ pau
lulum orans iubet vt burſam tol
lat · que iam colubrum pro pecu
nia continebat · Qd videns frater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

timere cepit. ſed obedientie volēs
implere mandatū · but ſam mani
bus cepit et inde magn9 ſerpēs ꝓ
tin9 exiliuit Et apt ſanct9 Pecuia
ſuis dei nichil aliud ē ꝙ dyabolus
et coluber venenoſus · ¶ Cū frat
quidam grauiter temptaretur ·
cogitare cepit ꝙ ſi aliqd ſcriptum
de manu patris haberet · illa pro
tinus temptatio fugaretur · Sʒ cū
rem ſibi nullatenus aperire aude
ret · quadam vice vir dei vocauit
eum dicens Porta michi fili cartā
et atramentuʒ qua laudes quaſ
dam dei ſcribere volo Quas cum
ſcripſiſſet apt · Accipe cartulā hāc
et vſqȝ in diem mortis tue cuſtodi
as diligenter Statimqȝ oīs temp
tatio ab eo receſſit · ¶ Idem quo
qȝ frater dum ſanctus infirmus
iaceret · cogitare cepit · Ecce mor
ti appinquat pater · et ꝙ plurimū
cōſolarer · ſi poſt mortem haberēʒ
tunicam patris mei · Poſt modi
cum ſanct9 vocat cū dicens · Tibi
trado tunicam iſtam · et poſt mor
tem meam ipſam habeas pleno
iure · ¶ Cū apd alexandriā lōbar
die cū quodaʒ hōeſto viro hoſpita
tus fuiſſet · ab eo rogatur vt ꝓpē
euāgelij obſeruātiā de oi appoſito
manducaret Qui cū ei9 deuotioni
conſentiret · ille caponē ſeptennē
prepat māducādum · Manducanti
b9 illis īfidelis quidā amore dei e
lemoſinā petit Mox vir dei nomē
audiens bñdictū · mēbꝝ ſibi tranſ
miſit caponis Reſeruat infelix da
tum et in craſtinum dum ſanct9
predicaret oſtēdit dicens Ecce qua
les carnes comedit ille franciſcus
quem vt ſanctum honoratis Nam

michi hoc in ſero tribuit · Sed cuʒ
membrum caponis piſcis ab om
nibus videretur · velut inſan9 ab
omni populo increpatur · Quod
cum ille didiciſſet erubuit · et veni
am poſtulauit · Redierunt qȝ car
nes ad ſui ſpeciem poſtꝙ rediuit
preuaricator ad mentem · ¶ Duʒ
quadam vice ad menſam ſederet ·
et de paupertate beate virgis et
filij eius collatio fieret · protinus
vir dei a mēſa ſurgēs · ſingultus
ingeminat doloroſos · et perfuſ9 la
crimis ſuper nudam humum reli
quū panem manducauit ¶ Sacer
dotalibus manibus quibus con fi
ciendi dominici corporis ſacramē
tum data eſt poteſtas magnā vo
lebat reuerentiam exhiberi · Vn
de et ſepe dicebat Si ſancto cuiꝙ
de celo venienti et pauperculo alicui
ſacerdoti me contingeret obuia
re · ad ſacerdotis manus deoſculā
das citius me conferrem et ſancto
dicerem · Expecta ſancte laurenti
quia manus huius verbum vite
contractant et vltra humanum
aliquid poſſident ¶ Miraculis in
vita ſua effulſit multis · Nam pa
nes ad benedicenduʒ ei oblati mł
tis infirmis attulere ſalutem ·
Aquam in vinum conuertit · et
inde eger quidam guſtans ꝓtiꝰ
nus ſanitatem recepit · ¶ Cum
vero ad dies iam appropinquaret
extremos longa infirmitate con
fectus ſuper nudam humuʒ nudū
poni ſe fecit · Fecitqȝ omnes frēs
ibidem aſſiſtentes ad ſe vocari · et
man9 ſingulis imponens omnes
in pſentibus bñdixit Et inſtar ce
ne dñice ſingulis pānis bucellā diuiſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Inuitabat vt moris ſui erat o͞nes
creaturas ad laudem dei · Nam et
mortem ipſam cunctis terribilez
et exoſam hortabatur ad laudez ·
eiqꝫ letus occurrens ad ſuum iui
tabat hoſpitium dicens · Beneue
niat ſoror mea mors · Ad extre
mam igitur horaz veniens dormi
uit in domino · Cuius animā fra
ter quidam vidit in modum ſtelle
ſimilis lune in quantitate · ſimilis
ſoli in ſplēdore · ¶ Miniſter
fratrum in terra nomine auguſti
nus in hora iam vltima poſitus cū
diu iam amiſiſſet loquelam · ſubi
to clamaus dixit · Expecta me pa
ter expecta · ecce iam venio tecuz
Querentibus fratribus quid dice
ret · ait Non videtis patrem no
ſtrum franciſcuz qui vadit ad ce
lum ? Et ſtatim in pace obdormi
ens · ſecutus eſt patrem · ¶ Cum
quedam domina que beato fran
ciſco deuota extiterat viā vniuer
ſe carnis fuiſſet ingreſſa · et cleri
ci et preſbiteri feretro exequias
celebrantes aſtarēt · ſubito ſe mu
lier erigit ſuper lectum et vnum
de aſtantibus ſacerdotibus vocat
dicens · Volo pater confiteri · E
go enim mortua fueram et diro e
ram carceri mancipanda · qm̄ pec
catum qd tibi pandā necdū ꝯfeſſa
fuerā · Sed orante pro me ſancto
franciſco ad corpus me redire in
dultū eſt · vt illo reuelato peccato
veniam merear · Statimqꝫ vt illd
manifeſtauero · in pace cernētibꝰ
vobis quieſcam · Confeſſa igitꝰ et
abſolutione recepta · mox in dn̄o
obdormiuit · ¶ Cum frēs de mi
cea plauſtrū qddā a quodā viro
mutuo peterent · ille indignatus
rn̄dit · Ego potiꝰ duos ex vob cum
ſcō frāciſco excoriarē · ꝗ plauſtrū
meū vob accōmodarē · Sz in ſe re
uerſus ſemetipm̄ redarguit ⁊ blaſ
phemie penituit · irā dei formidās
Mox quoqꝫ filiꝰ eiꝰ īfirmatꝰ et ad
extrema deducitꝰ Qui filiū defūctū
vidēs i tra volutabatꝰ et flēs ad ſā
ctū frāciſcū īuocās dicebat · Ego
ſum qui peccaui · me flagellare de
buiſti · Redde ſancte iam deuote
precāti filiū · quez abſtuliſti impi
e blaſphemanti · Mox filius eius
ſurrexit et planctum prohibens
ait · Cum mortuus eſſem · ſanctꝰ
franciſcus per quandam viam lō
gam et obſcuram me ducens · tā
dem me in viridario pulcherrimo
collocauit · ac michi deinde dixit ·
Reuertere ad patrem tuum · qm̄
no lo te āpliꝰ detinē · Paup quidā
cuidā diuiti debēs quādā pecunie
quātitatē rogat vt ſcī frāciſci a
more ſibi terminū prolongaret ·
Cui diues ille ſuperbe reſpondit ·
Tali inquit te loco recludam vbi
nec franciſcus nec aliquis poterit
te iuuare Moxqꝫ illum vinculatū
in carcerem obſcurum recluſit ·
Paulopoſt ſanctus franciſcus af
fuit · et fracto carcere ruptiſqꝫ vin
culis hominem incolumem redux
it ad propria · ¶ Quidā miles
ſancti frāciſci opibꝰ et miraculis
detrahens · cū quadā vice ludēt cū
taxillis · veſaīa ⁊ crudelitate pleꝰ
circūſtātibꝰ ait Si frāciſcꝰ ē ſcūs
decez et octo veniant in taxillis ·
Mox in eis ſenarius triplicatus
apparuit ⁊ vſqꝫ ad nouē vices quo
libet ſuo iactu ter ſenos accepit ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Sed inſaniam addens inſanie ait
Si verum eſt quod franciſcus iſte
ſit ſanct9 · cadat hodie gladio cor
pus meum · Si vero ſanctus non
eſt · euadam incolumis · Ludo ſi
mito vt eius oratio fieret in pecca
tum · ne patri ſuo iniuriam infere
bat · et ille gladium arripiens in
viſcera patrui tranſfixit et proti
nus interfecit ¶ Vir quidam cru
re ſic perdito vt nullaten9 ſe mo
uere poſſet · ſanctum franciſcum
talibus vocibus inclamabat · Ad
iuua me ſancte franciſce · memor
deuotionis et ſeruitij quod tibi im
pendi · In aſino meo te portaui ·
ſanctos pedes tuos et manus tuas
oſculatus ſui · et ecce morior dolo
ris huiuſmodi duriſſimo cruciatu
Moxqz ille ſibi apparens cum par
uulo baculo qui thau in ſe figuraz
habebat locum doloris tetigit · et
fracto apoſtemate protinus ſani
tatem recepit · ſed ſemper ſignuz
thau ſuper locum remanſit · Hoc
ſigno ſactus franciſcus ſuas litte
ras conſueuerat conſignare · ¶
Cum in caſtro pomaſteo in mon
tanis apulie quedam puella patri
et matri vnica defuncta fuiſſet · et
mater ſancto franciſco deuota ni
mia triſticia fuiſſet abſorpta · ap
paruit ei ſanctus dicens · Noli fle
re · quia lucerne tue hoc lumẽ qđ
deploras extinctum mea eſt inter
ceſſione tibi reddendum · Mater
igitur ſumpta fiducia non permi
ſit corpus extinctum efferri · ſed
ſancti franciſci nomen inuocans
et mortuam filiam apprehendens
eam incolumen alleuauit · ¶ In
vrbe romana cuz puer paruulus
de feneſtra palatij cecidiſſet et pe
nitus expiraſſz · beatus franciſc9
ab omnibus inuocatur · et vite p
ſtinus reſtituitur · ¶ In ciuitate
ſueua cum quedam domus corru
ens iuuenẽ quendam extinxiſſz ·
et cadauer iam in lecto ad ſepeli
endum poſuiſſent · mater beatum
franciſcum tota deuotione qua po
terat inuocabat · Et ecce circa me
diam noctem puer oſcitabat · et
ſanus ſurrexit et in laudis verba
prorupit · ¶ Frater iacobus rea
tinus cum in nauicula quadaz flu
uium quendam pertranſiſſet · cũ
fratribus et ſocijs iam ſuper ripã
poſitis poſtremo ſe ad exitum pre
pararet · reuoluta naui ipſe in fũ
dum fluminis eſt demerſus · Fratꝛ
bus igit̃ pro liberatione ſubmer
ſi beatuz franciſcum inuocantib9 ·
ipſo etiam corde vt poterat beati
franciſci auxilium implorante · ec
ce dictus frater per profundum
ſicut per aridam ambulabat · et de
merſam nauiculam capiens cum
ea peruenit ad litus · Veſtimenta
autẽ eius madida facta non ſunt ·
nec aque gutta ad eius tunicam
proximauit ·

Vita ſancte pelagie peccatricis ·
¶ Hyſtoria · cxlvi ·

CVm quadã vice venerabi
ſ athiothene ciuitatis epũs
octo de circũiacẽtib9 epis
cauſa conſilij conuocaſſz · et int̃ eos
adueniſſz ſanct9 nõnus · qui p̃t inco
pabilẽ et caſtiſſimã cõuerſatiõez ſuã
ex mõacho tabẽnenſiota ordiatus
fuẽat pontifex · et hij oẽs añ fores

eccleſie beati iuliani martiris con
ferentes reſiderēt· ex improuiſo
tranſibat prima antiochene ciui
tatis. quā vulgo oraſtriam vocāt
ſedens ſuper aſinam· mirabili et
ſtupendo veſtium decore perornā
ta· Nichil enim aliud ſuper eam
videbatur niſi aurum et margari
te et lapides precioſi· Quam etiā
multitudo puerorum et puellarū
precedebat et ſubſeqbatur· quorꝫ
erat habitus valde compoſitus· E
rant enim veſtibus preclaris indu
ti· et torques ex auro ceruices eo
rum circumdederant· Quocumqꝫ
tranſibat· vniuſus aer odore muſ
ci ceterorūqꝫ redolebat aromatū
Et quia ſuper omnes feminas ſpe
cioſa erat nō poterant amatores
eius ſuo decore ſaciari· Hanc igitꝰ
videntes epiſcopi nudo capite cū
tanta pompa et impudentia prete
rire· nec in honore dei nec etiā pon
tificum de azello deſcendere· quaſi
a peccato grauiſſimo ſuas facies
auerterūt· Scūs vero nōnꝰ cū eā
preteriſſe cōſpiceret· faciē ſuaꝫ ī
ſinū reclinās vberrime velut ex q̊
dam torrente lacrimas profunde
bat· et percutiens pectus ſuū cū ge
mitu ad coepīſcopos ſuos ait In verita
te dico vobꝭ qm̄ hāc feminā quam
vidiſtis cōſtituturꝰ ē deꝰ āte cōſpec
tum tremēde ſedis ſue vt nrm̄ ſa
cerdotiuꝫ iudicet Naꝫ qn̄tas puta
tis ſciſſiīm fratres horaruꝫ moras
intra ſuū exegit cubiculū· abluēs
et depingēs ſe· vngētiſqꝫ diuerſis
liniens· vt ſe ōmibꝰ ſpectaculuꝫ p̄
beat· vt p̄nti ſeculo placeat· et ō
mibꝰ amatoribꝰ ſuis deſiderabilis
videat· q̄ hodie ſunt et cras nuſq̄

comparent· Nos vero habentes
in celo eternum patrem et ſpon
ſum immortaleꝫ· perhennia bona
ſi ſibi placeamus ſpondentem· nō
nos ornamus ſed in vicijs noſtris
perdurantes torpeſcimus· Hijs
itaqꝫ dictis hoſpitium confeſtim i
trauit· ſtatimqꝫ proruit ſuper pa
uimentum· et facie ſua feriebat
terram. et ſolum omne lacrimis
irrigabat dicens· Altiſſime deus
ignoſce michi peccatori· quia vni
us diei meretricis ornatus· totiꝰ
vite mee ſuperauit illuſtria orna
menta Hec ſimiliaqꝫ illo crebrius
dicente et fortiter eiulante· dies
illuceſcebat dominicus· Poſt noc
turnas igitur horas ad dyaconuꝫ
ſuū ait· Frater iacobe· hoc enī erat
ſibi nomē· ſōpniū vidi et valde cō
turbor quod nō queo q̄d ſibi velit hu
iuſmodi viſio omnino diſcernere
Videbā enim me ad cornu altaris
aſſiſtere· et columba tetra colore
plena ſordibus circumuolitabat
me· cuius fetoreꝫ ſordium ſuſtine
re non poteram· At vbi dyaconꝰ
ex more cathecuminos diſcedere
precepit· nuſq̄ ītra eccleſie ſepta
cōparuit· Poſt expletas vero ſi
delium miſſas ſubito ecce colūba illa
adueīt· et ſicut pauloante me cir
cūuolitauit Ego vero extendens
manū apprehendi eā et eieci ī can
taꝝ qui ante atriū ſtabat eccleſie
Quod cū feciſſē colūba illa cōtinu
o in aqua oēs ſordes ſqualoris de
poſuit. at exinde velut nix mūda
cōfeſtim aſcēdit in tātā altitudineꝫ
qn̄taꝫ oculi mei nō poterāt intueri
Hec cū ſcūs nōnꝰ dyacono enar
raſſꝫ· peruenit ad ecciaꝫ vbi cūꝫ ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

preceptū ãthiocheni epiſcopi p9
euangeliū populo de tremēdo dei
iudicio ſimplici ſermone p̄dicarz·
ita ſūt populoruʒ corda cōpūcta·
vt pauimētum eccleſie lacrimis ĩ
undaret· Prouidētia itaq3 diuia
factū ē vt illa meretrix de qua no
bis eſt ſermo vltra morē ſuuʒ pre
ſēs aſtaret· erat em̄ cathecumia·
q̄ etiaʒ ita in dom̄ timore cōpuncta
eſt vt miro modo ex eius oculis
fluerent flumina lacrimarū . Que
etiaʒ duobus pueris p̄cepit vt p
ciperent vbi ſanct9 nōnus epiſco
pus hoſpitaret· Audiēs igit̄ vbi
habitaret cōfeſtim lrās viro ſcō
tranſimiſit in hunc moduʒ · Scō e
piſcopo nōno diſcipulo criſti· Pe
lagia peccatrix diſcipula dyaboli
Auditu cōperi de deo tuo quē cel̄
q̄ inclinauit celos ⁊ deſcendit ad
t̄ras. non ꝓpter iuſtos ſ; vt pccō
res penitētie medicina ſanarʒ· ⁊
tāt9 ac talis publicanis ⁊ impijs
appinquauit atq3 hic in quē che
rabin et ſeraphin nō audēt reſpi
cere cū pccōrib9 dignatus ē habi
tare ·ſicut et tu pr̄ veneābil̄ p̄di
caſti Si ergo hui9 dom̄ vere proba
ris eſſe diſcipul9· ne me deſpicias
ſed ſuſcipe ſaluari cupiētem Vale
Scūs aūt ad hec ita r̄ſcripſit Que
cumq3 es deo noſtro maīfeſta es
Attamē moneo vt huilitatē me
am ōmino nō tēptes · quia ſum ho
mo peccator· Si auteʒ in veritate
ſaluari deſideras ⁊ me videre depo
ſcis· inter alios epiſcopos meride
bis · nā ſolū me videre non licebit
Que cum hec legiſſet curſu conti
to venit ad hoſpitium vbi epiſco
pus habitabat· premittens nun
cios de ſuo aduentu Sanctus vero
nonnus hec audiens rogauit om
nes epiſcopos ad ſe conuenire ·
ſub quorum preſentia iuſſit eam
ingredi At cum intraſſet proſtra
uit ſe ad pauimentum· et appre
hendens pedes ſancti nonni vehe
mēter eiulabat· capitiq3 ſuo pul
uerem ſuperiacens fletu pedes ri
gabat et crinibus tergebat ·cla
mans et dicens· Miſerere michi
domine peccatrici · Imitare do
minum et doctorem tuum criſtū·
et effunde ſuper me viſcera miſe
ricordie· et fac me protinus chri
ſtianam · Ego enim ſum pelagia
pelagus iniquitatum· exundans
peccatorum fluctibus . Ego ſum
perditionis abyſſus · ego ſum vo
rago et laqueus animarum· Spe
rans tamē q̄ baptiſmo ſanctifica
tionis renata· deceptoris mei dia
boli man9 effugiam· Epiſcopi ve
ro qui aderant et omnes clericive
hementer ad tā repētinaʒ cōuer
ſionē ceperūt ammirari· quia nū
q̄ ſe tantas lacrimas vidiſſe me
minerant· Cui cū epiſcopus non
n9 diceret canones cōtinere Me
retricē non debē baptiſari ni fideiuſ
ſores dederit· ſe deīceps prauis a
ctib9 nō inuolui Ipſa altius eiu
lās reſpondit Rationē reddes deo
de aīa mea· ⁊ tibi reputabit̄ facto
rum meorū iniq̄tas ſi me baptiſa
re diſtuleris Tūc epūs nonnus
exorciſans baptiſauit eam in no
mine patris et filij ⁊ ſpiritus ſan
cti· tradens ei communionem cor
poris et ſanguinis dn̄i nrī ihū
criſti in vitā eternā Fcā ē aūt mat̄
ei9 ĩ baptiſmo romana abbatiſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Confeſtim ecce apparuit dyabol9
quaſi nudus manus habẽs ſuper
caput intextas et vociferabat di
cens O violẽtia. O quid patior ab
hoc ſene. Decrepite nõ tibi ſuffici
ebant triginta milia ſarracenorꝫ
quos michi violenter eripiens
deo tuo per baptiſmum obtuliſti.
Non tibi ſufficiebat elyopolis ciui
tas. que quondam mea fuerat. ſꝫ
tu omnes in ea habitantes bapti
ſans deo tuo conſecraſti. niſi etiã
nunc meam maximam ſpem peni
tus abſcinderes! O violentia O ſe
nectus mala Maledictus dies ille
ĩ quo michi contrarius natus es
Nam flumen lacrimarum tuarũ
impingit domicilium meum inſti
mum ſicut torrens. et ſpes mea fũ
ditus obruitur. Cum hec ſimilia
qꝫ in epiſcopuz verba cunctis qui
aderant audientibus teter ſpirit9
proclamaſſet. ad pelagiã vultuz
intorquens aiebat. Quid eſt hoc
quod michi feciſti domina mi pela
gia! Et tu meuz iudam imitata es
Ille quidem dominum proprium
tradidit. et tu cum mea exiſteres
me ſimiliter tradidiſti. Tunc ma
ter eius ſpiritualis romana dixit
ei. Signa te filia ſigno crucis. et
abrenuncia dyabolo. Que cuz hec
feciſſet. et inuocaſſet nomen domi
ni noſtri iheſu chriſti. nuſq̃ dyabo
lus comparuit Poſt duos vero di
es cum dormiret memorata pela
gia cum matre ſua romana. iterꝫ
venit dyabolus ĩ forma leonis ter
ribilis. et excitans eaz dixit. Do
mina mi margarita. quid tibi vn
q̃ mali feci. Nũquid nõ te ex lapi
dibus precioſis et margaritis orna
ui! Nũqd nõ auro et argento cũc
tisqꝫ diuitijs repleui. Queſo dic
quid eſt in quo te cõtriſtaueri et
ego ꝯtin9 ſatiſfacio. tãtũ ne dere
linquas me. et obprobrium xp̄ia
nis efficiar. Ancilla vero dei hec au
diens ſignabat ſe et ꝯtin9 demon
diſparuit. Et excitans romanam
dixit Venerabil mater roga pro
me dominum. qr dyabol9 ſicut leo
apparuit michi. Que reſpõdit Ne
timeas filia. nam amodo quoqꝫ
vmbrã tuã reformidat et refugit
Die aũt tertio p9q̃ hec facta ſunt
beata pelagia cõuocans famulos
et famulas ſuas dedit ſingulis cer
tam pecuniarum quantitatez. et
manumittens eos ammonuit vt
etiam ipſi ſe ad dominum deuz cõ
uerterẽt. Reliq̃ vero bõ ſua q̃ ha
buit ĩ auro. ĩ argẽto. in margari
tis et veſtib9 p̄cioſ deferri fecit p
famulos ſuos ad ſanctum nõnũ
epiſcopum. qui omnia pupillis
viduis et orphanis precepit ero
gari. Quod ſine mora factum eſt
Ancilla vero dei pelagia a die bap
tiſmatis cũ romana abbatiſſa mo
ra batur. et ab ea paſcebatur vſqꝫ
dũ illuceſceret dies dñicus quan
do mos erat baptiſatis albas ve
ſtes exponere. Tũc enim ſurgẽs
pelagia nocte exuit ſe baptiſma
tis veſtem. et virili veſte veſtita
ta necnon et capillis amputatis
ignorantibus omnib9 clã diſceſſit
et amplius ibi viſa non eſt. Ro
mana vero ſpiritualis eius mater
valde plangebat non inueniens
eam. metuens ne forte dyabolus
eam iterum ſuis laqueis irretiſſꝫ.
Quam ſanctus nõnus cõſolabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

dicēs Noli flē filia· ſed magis cū
āgel' gaude · q2 pelagia ſic maria
meliorē ptē elegit· deſignās ſe ſpū
ſcō maīfeſtāte didiciſſe· ꝙ pelagia
ad vitā hēmiticā aduſſʒ· Hec aūt
ōnia vniuerſa citas ātiochena co
gnouit· et deo maximas gratias
retulit· Poſt tres autem annos
iacobꝰ diaconus ſācti nōi de quo
ſuperius habuimus mentionē· ve
nit ad epiſcopuʒ· ⁊ vt liceret ſibi
ihrl'm pergere licentiam petijt et
impetrauit· At dū iter arriperet
dicit ei epiſcopus Frater iacobe·
cum deo preſtante ihrl'm veneris
diligenter inqre ſanctuʒ quendā
monachū pelagium nomine · qui
ad aliquod tēpus ſolitaria vitam
recluſus egit Viſita eū quia vere
ſeruꝰ dei eſt ⁊ integer monachus·
Epūs autē dicebat de pelagia an
cilla dei· ſed diacono ſuo nō intelli
gente· nichil amplius reuelauit·
Venit tandē diaconꝰ ad terram
ſanctam ⁊ interrogās poſt mona
chuʒ quendā noīe pelagiū· audit
a narrātibus eū in monte oliueti
vbi dñs frequēter ad orationē ve
nire cōſueuerat ſolitariā vitā du
cere· ⁊ oīm monachoꝝ ꝯuerſatio
nē ſua ſciſſia vita ſupaē Pergēs
ad mōtē oliuarū pdictꝰ diaconꝰ·
vidit cellulā quādā paruā vndiqꝫ
circūcluſā puulā quādā feneſteru
lā in vno latē habētē· quā cū pul
ſarʒ apuit ſibi· ⁊ cū vidiſſʒ diaco
nū pelagiꝰ ꝯfeſtim agnouit· neqꝫ
tñ ſe ſibi manifeſtauit· Ipſe vero
nō ꝯgnouit eā· Erāt eñ oculi eiꝰ
p̄ nimia abſtinētia cōcaui· ⁊ iunc
ture oſſiū eiꝰ dinumēabāt· facies
quoqꝫ eiꝰ emacieat· ⁊ velut rugis

exarata videbaē Dicit tādē diaco
no ſcūs pelagius· Habes epm̄?
Reſpōdit ille· Etiāʒ dñe paē Que
ait Oret ꝑ me q2 vere epūs xp̄i ē
Sʒ et tu fraē dyacone ora ꝑ me·
Ipſe aūt audiēs hec vehementer
mirabaē· tam de epō ꝙ de ſe q2 di
aconū eū noīaſſet Paulo poſt cuʒ
ſcūs pelagius pſalmos dño canē
incepiſſet diſceſſit ab eo diaconꝰ
multum gaudēs de angelica tāti
viri viſione Qui dum ſcōs prēs q̄
quāſū habitātes viſitarʒ· vbiqꝫ
audiuit dm̄ pelagij vitā ⁊ merita
ꝯmēdari· Redijt tādē ad cellā ſci
pelagij ⁊ ñ audiēs eū p̄mo ⁊ ſcdo
die ſm ꝯſuetudinēʒ pſalmos dño
ꝯcinētē· tercia die venit ⁊ apiēs
feneſtrā vidit eū mortuū Feſtināſ
qꝫ venit iheroſolimā· ⁊ defūctū eē
ſcm̄ pelagiū oībꝫ nūciauit Tūc v
niuerſa monaſtēia ſibi ſuicē nūci
arūt· et ꝯueiētes in mōtē oliueti
corpꝰ ſcm̄ de cellula vt more ſolito
lauāeē eiecerūt· atqꝫ pñte iheroſo
limorū epō mūdauēūt Inueiētes
ꝗ ꝙ femia erat· exclamauerūt vo
ce magꝗ dicētes Glīa tibi ī altiſſis
deo q̄ habes ſcōs abſcōditos ſup
terrā Et tādē ſcm̄ cadauer cū ym
nis ⁊ cāticis ꝓſequētes ī loco mū
diſſio collocarūt Hys oībꝰ rite p
actis redijt diaconꝰ ad ſcm̄ epm̄·
et vniuerſa q̄ de ſcā pelagia vide
rat ⁊ audieat nūciauit· recordatꝰ
ꝙ ipa eēt de q̄ epūs dixeat· cū ve
neris ad loca ſcā inqre monachū
ſcm̄ pelagiū Cūqꝫ hec fama p totā
citatē āthiochenā fuiſſʒ diuulgata
oēs in ꝯmune deuʒ laudauerūt q̄
nō vult mortē pccōis· ſʒ magis vt
ꝯuertaē Qui ē bñdictꝰ in ſecula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

¶ De ſancta tayſi.
¶ Hiſtoria cxlvij.

Tayſis meretrix ſicut in vi
taſpatrum legitur tante
pulchritudinis extitit vt
multi propter eam venditis ſub
ſtantijs ſuis ad vltimā pauperta
tem deuenerunt. Sꝫ et amatores
ſui pre zelo litibus inter ſe conſer
tis frequenter puelle limina ſan
guine iuuenum replebāt. Qd cū
audiſſet abbas paſuntius ſumpto
habitu ſeculari et vno ſolido pro
fectus eſt ad eam in quandā egip
ti ciuitatem. Dedit quoqꝫ ei ſoli
dum quaſi pro mercede peccandi
Illa accepto precio ait illi. Ingre
diamur ſimul in cameram. Cum
qꝫ ingreſſus eſſet et lectum preci
oſis veſtibus ſtratum aſcendere ī
uitaretur. dicit ad eam. Si eſt in
terius cubiculum in ipſū eamꝯ.
Illa autem dixit. Eſt qd dam cu
biculum vbi nullus ingreditur. Si
vero deum times. non eſt locus q̄
diuinitati eius abſcondatur. Qd
cum ſenex audiſſet. dixit ei Et ſcis
eſſe deū? Cumqꝫ illa reſpondiſſet
ſe ſcire deum et regnum futuri ſe
culi. necnon et tormenta peccato
rum Dixit ei. Si ergo noſti. cur
tantas animas perdidiſti? Et non
ſolum pro tua. ſed pro illorꝫ red
ditura rationem dampnaberis.
Illa vero hec audiens prouoluta
ad pedes abbatis paſuncij. cū la
crimis exorabat dicens Scio eſſe
penitentiā pater et cōfido remiſ
ſionem te orante ſortiri. Tantū
peto tribus horis inducias et poſt
hec quo iuſſeris ibo. et quecūqꝫ p̄
ceperis faciam. Cumqꝫ locum illi
abbas cōſtituiſſet vbi venire debe
ret illa acceptis omnibus que cū
qꝫ ex peccato lucrata fuerat. pro
latiſqꝫ in mediam ciuitatem popu
lo expectante igne cōbuſſit cla
mans. Venite omnes qui peccaſ
tis mecum et videte quomodo ea
que michi contuliſtis exuram. E
rat autem precium auri librarū
quadringentarum. Que cum om
nia incendiſſet ad locum quē ab
bas ei ꝯſtituerat perexit. Quā ille
reperto virginum monaſterio in
cellulam recludēs oſtiū celle plum
bo ſignauit et paruū reliq̄t foramen
per qd ei victus modicus īferret.
Iuſſitqꝫ ei omnibꝯ diebus parū
panis et paululum aque a ceteris
miniſtrari. Cum autem ſenex diſ
cederet ad eū ait tayſis. Quo pa
ter iubes vt ex naturali meatu
meam aquam effundam. Et ille
In cella ſicut digna es. Cumqꝫ ite
rum quomodo deberet deum ora
re inquireret. reſpondit Non es
digna nominare deum neqꝫ in la
bijs tuis nomen trinitatis addu
cere. nec ad celum manus expan
dere. quoniam labia tua iniquita
te plena ſunt et manus tue ſordi
bꝯ inq̄nate. ſed tātūmō incubēs.
contra orientem reſpice hūc ſmo
nem frequenter iterās. Qui plaſ
maſti me miſerere mei Cū igitur
tribꝯ ānis fuiſſet incluſa. cōdolu
it abbas paſuntiꝯ. et ꝓfectꝯ eſt ad
abbatem anthonium vt ab eo re
quirēt ſi remiſiſſet illi deus pecca
ta. et narrata cauſa ſanctus an
thoniꝯ cōuocatis diſcipulis ſuis p̄
cepit eis vt illa nocte vigilantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

mox coloniā profecti ſunt paſto
rem ſuū repetentes. Aderant et
tungrenſes q̄ ſimul cū colonienſi
bus eum ſibi retinere volebāt. et
certatū eſt diu ab vtriſqꝫ Interiꝫ
venerandus quidam ſenex in vr
be apparuit. monens ciues vt a
lite deſiſtentes ſuis parerent cō
ſilijs. et corpus pōtificis i naui po
nentes. deinde a litore in fluctibꝰ
propellentes quo deꝰ velit abire
ſinant Mira res. Mox vt angelꝰ
conſuluerat factum eſt Nauis ſa
cro onuſta corpore. nullo ſe regē
te nauclero. angelico contra flu
ctus dirigitur nauigio. et paruo
hore ſpacio miliario confecto i lo
co qui ex triſticia colonienſium
rodhe tunc vocatus eſt. litori feli
citer applicatur. ¶ Tunc tre
ueri relictis inteſtinis. corpus ſui
pontificis a deo ſibi deſtinatuꝫ cū
debita gratiarū actiōe ſuſcipiētes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

treuerim vſqꝫ reuexerūt et ī ec
cleſia non longe a corporibus ſan
ctorum eucharij et valerij honori
ſice ſepulture tradiderūt· Preſtā
te domino noſtro ihesu criſti qui
eſt benedictus in ſecula ſeculorum
amen.

¶ De ſancto Johanne criſoſtomo
¶ Hiſtoria·clxxx·

IOhannes cognomēto cri
ſoſtomus anthiochenus·
filius ſecundi et authure
nobilium fuit· Qui cum philoſo
phie ſtudiuꝫ impendiſſet tandem
hanc deſerens diuinis lectionibꝰ
incumbebat· Qui preſbiter ordi
natus ꝓpter caſtitatis zelum et vi
te rectitudinem ſeuerior habeba
tur et feruori magis ꝙ manſuetu
dini ſeruiebat In docendo erat p̄
cipuꝰ· i exponendo egregius· ad
mores cohercendos optimus· Re
gnantibus igitur archadio et ho
norio auguſtis et damaſo ī roma
na ſede preſidente· Factus eſt con
ſtantinopolitanꝰ epiſcopus· Qui
dum vitam clericorū repente cor
rigere voluit omnes in ſuum odi
um excitauit· Cūctiqꝫ eum velut
furioſum declarabant· et apud ō
nes ei detrahebāt· Et ne aliquan
do metas parſimonie trāſgrede
retur nunꝙ aliquē ad prandiuꝫ ī
uitabat nec ab aliquo inuitari vo
lebat· Populus aūt propter ſer
mones quos in eccīa faciebat eū
plurimum diligebat· paruipēdēs
quid contra eum emuli loquerē
tur· Pro diuerſis quoqꝫ cauſis mſ
tos homines etiam nobiles ſicuti
alius obiurgauit· et ideo erat plu
rimis odioſus· Populus autem
defendebat iohannem et eius do
ctrine auiditate mirabili paſce
batur Sacerdotes autem ſcd̄m ec
cleſiaſticas ſanctiōes iohānes vi
uere cogebatur dicens· non debe
re frui honore ſacerdotij qui eorū
vitam contempnerent imitari·
Non ſolum autem ciuitatem con
ſtantinopolitanam ſtrenue gu
bernabat· ſed etiam plures circū
adiacentes prouincias imperiali
autoritate prouidis legibus ordi
nabat· Cumqꝫ cognouiſſet ī phe
nice adhuc demonibus ſacrificia
miniſtrari· clericos illuc et mona
chos deſtīauit· oīa templa idolo
rū deſtrui fecit· Eodē tempore ga
mas quidam erat genere celticus
conſilio barbarus· ſtudio tiran
nico vehementer elatus· arriana
hereſi deprauatus magiſter tamē
militum factus Hic imperatorem
rogauit vt intra ciuitatem ſibi
ſuiſqꝫ eccleſiam vnam daret·
Qui cum promiſiſſet rogauit io
hannem vt vnam illi eccleſiam cō
cederet vt ſic eius tirannidem re
frenaret. At iohannes virtute
fortiſſimus et totus zelo ignitꝰ·
noli inquit o imperator hoc pro
mittere neqꝫ ſanctum canibus da
re· neqꝫ hunc barbaruꝫ metuas·
ſed ābos iube nos vocari et ſub
ſilētio inter nos que dicuntur au
di· Ego namqꝫ eius linguam ſic
refrenabo· vt huiuſmodi petere
non preſumat· Quod audiens
imperator gauiſus eſt et vtrūqꝫ
altera die ad ſe vocauit· Cumqꝫ

gamas vnum pro ſe oratoriu͛ꝫ pe
teret ait iohannes. Vbiqꝫ tibi di
uina domus aperta eſt. vt null9
te vetet orare. At ille. Ego alteri
us ſecte ſum et vnum templuꝫ cū
meis habere poſco. Multos qui
dem pro romana republica labo
res aſſumpſi et ideo non debeo in
mea peticione contempni. Cui io
hannes. Plurima premia et que
tranſcendunt tua certamina rece
piſti magiſter militūꝫ factus. cō
ſolari toga inſuper exornatus Et
oportet te coſiderare quid duduꝫ
fueris. et qualis modo conſpicia
ris. ꝗ priſtina paupertas et que
modo ſubſtantia. quibus veſtimē
tis ante vtebaris et quibus modo
ornaris. Igit͛ quia pauci labores
tibi maxima premia contulerunt
circa honorantem te ne ſis ingra
tus. Hys omnibus ſermonibus e
ius os obſtruxit. eumqꝫ compu
lit vt taceret. Dum igitur conſtā
tinopolitanam vrbem ſtrennue
gubernaret. gamas predictus im
perium ambiens. cuꝫ in die nichil
agere poſſet. nocte barbaros mi
ſit qui palatium concremarent.
Tunc aperte monſtratuꝫ eſt quo
modo ſanctus iohannes cuſtodi
ebat ciuitatem. Barbaris enim
angelorum armatoruꝫ ingens cor
pus habentium copioſa turba ap
paruit que protinus ipſos effuga
uit. Quod cum ſuo domino nun
ciaſſ[et] ille valde miratus eſt. ſciēs
exercitum militum per ciuitates
alias conſtitutum Cum ergo ſe
quenti nocte eos ſimiliter deſtinaſ
ſet. a viſione angelorum iterum
ſunt effugati. Nouiſſime autem
ille egreſſus miraculum vidit et fu
git eſtimans milites in die latere
et nocte ciuitatem cuſtodire Egreſ
ſus inde ad traciam iuit. et mag
no congregato exercitu cunctam
vaſtabat. timentibus cunctis bar
baricam feritateꝫ. Imperator er
go iohanni onus legationis impo
ſuit. Ille autem inimiciciarum im
memor alacriter eſt profectus.
Gamas ergo agnoſcēs eius fidu
ciam. pietate aſſumpta longo iti
nere eidem occurrit. ſuiſqꝫ oculis
dexteram eius circumpoſuit. et
propter eius etiam zeli rectitudi
nem contra euꝫ eudoxia auguſta
commota eſt ita vt etiam de eius
exilio pertractaret Quod audiēs
iohannes ſolito zelo accenſus ſer
monem ad populuꝫ fecit. qui cun
ctarum mulierum vituperationē
omnimodam continebat. Hic ſer
mo ab omnibus eſt acceptus qua
ſi contra auguſtam ſit prolatus.
Quod cum auguſta cognouiſſet
imperatori conqueſta eſt dicēs cō
tumeliam illatam vxori in eum
potius redundare. Motus auteꝫ
imperator ad hoc contra iohannē
precepit ſinodū celebrari. Theo
philus igitur feſtine epiſcopos cō
uocabat. omneſqꝫ iohannis inimi
ci alacriter confluebant ſuperbuꝫ
et importunum eum vocantes.
Uniuerſi igitur epiſcopi apud cō
ſtantinopolim conſtituti contra
iohannem ſe erigebant. Mitten
tes igitur pro iohanne ipſum ci
tauerunt Qui eos velut apertos
inimicos vitare cenſuit ac vniuer
ſalem ſynoduꝫ fieri proclamauit
Illi vero quater eū denuo citauerūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Qui cum eos refugeret et ſino
dum vniuerſalem fieri proclama
ret dampnauerunt euꝫ · in nullo
eum culpantes · niſi ꝙ vocatus no
luit obedire Quod populus audi
ens ad ſeditiones maximas exci
tatus eſt et eum trahi ab eccleſia
non ſinebat · ſed vt hoc ad maius
referretur conſiliuꝫ proclamabat
Juſſio autem principis compelle
bat eum velociter eici · et in exili
um deportari · Johannes autem
timens ne in populo ſedicio orire
tur · neſciente populo ſemetipſuꝫ
tradidit in exilium deferendum ·
Quod cum populus cognouiſſet
importabilis ſeditio eſt exorta ita
vt etiam multi inimicoruꝫ eius ad
miſericordiã mouerent · dicentes
eũ calũmpniã paſſũ quẽ paulo añ
deſiderabant videre depoſitũ · Or
ta igitur contra imperatorem ⁊ e
piſcopos immenſa ſeditione in po
pulo · auguſta imperatoreꝫ roga
uit vt iohannem de exilio reduci
et in ſedem ſuam pontificalem de
qua iniuſte eiectus fuerat r̃poni
faceret · Terremotus quoqꝫ maxi
mus ciuitateꝫ inuaſit · dicentibus
cunctis hoc accidere propter iniu
ſtam eiectionem iohannis · Miſſi
igitur ſunt legati ad iohanneꝫ ro
gantes vt cito rediret · ⁊ ciuitati
pereũti orationibus ſuis ſuccurre
ret · ⁊ ĩ populo ſeditionem excita
tam ſedaret · Alij quoqꝫ poſt illos
et rurſus alij deſtinati ſunt qui e
um cito compellerent redire · qui
etiam redire nolentem ad propri
a inuitum duxerunt · eidem cum
cereis ⁊ lampadibus vniuerſo po
pulo occurrẽte · dicentibus cunc

tis quia portabilius ſol radios
nobis ſubtraheret ꝙ iohannes ta
ceret · Ipſe autem in epiſcopali
ſede reſidere nolebat · dicens opor
tere hoc fieri iudicio ſinodali et e
os qui dampnauerant ſuam ſen
tentiam reuocare · Populus aũt
miro modo accendebatur eum in
epiſcopali ſede reſidentem videre
et verba doctoris audire · Preua
luit igitur populus coactusqꝫ eſt
ſermonem facere ad ſuũ populuꝫ
ac in ſua cathedra reſidere · Theo
philus igitur inde fugit · Qui cuꝫ
ierapolim adueniſſet mortuus eſt
eiuſdem ciuitatis epiſcopus et in
lameron ſanctiſſimus monachus
eſt electus · At ille cum crebro re
fugeret · ei theophilus ſuadebat ·
vt ſue electioni conſenſum prebe
ret · Tunc ille ꝓmiſit dicens Cras
quod domino placet implebitur ·
Craſtina igitur die venientes ad
cellam ſuam euꝫ vt ſuſciperet epiſ
copatuꝫ inſtanter rogabant Cui
ayt · Oremus primo ad dominum
⁊ q̃cq̃d illi placitũ fuẽat liƀẽt faci
aꝫ Qui dũ orarent · mox cum ora
tione illa terminũ vite ſuſcepit · Jo
hannes itaqꝫ doctrine ſedule inſi
ſtebat · prouocabat negligentes ·
et in via dei errantes ad iter ſa
lutis verbo et exemplo r̃uocabat ·
iuſtis et bonis et pie in chriſto cõ
uerſãtib9 ſeſe clemẽtẽ exhibebat ·
ſꝫ ꝑũſa vita dũ ↄtẽpnẽtib9 durꝰ ꝑ
ſtabat cẽſorẽ · Eo ãt tp̃e ſtatua ar
gẽtea clamide ĩduta ĩ platea
iuxta eccleſiam ſancte ſophie ad
honorem eſt eudoxie auguſte con
ſtituta erat vbi ludos exercebant
Qꝰ quidem iohannĩ etiã plurimũ

diſplicebat. maxime cum videret
hoc ad eccleſie ſpectare iniuriam
Cõſueta igitur fiducia rurſus lin
guam ſuam armauit. et impetu
ſui vſus eloquij iubentes fieri ta
lia lacerabat. Auguſta vero rurſ9
hoc ad ſuam trahebat iniuriaȝ. et
denuo laborabat vt aduerſus eum
ſynodus iteruȝ celebraretur. hoc
ſentiens iohãnes illam famoſiſſi
maȝ in eccleſia protulit omeliam
cuius inicium eſt. Rurſus herodi
as deſaït. rurſus turbatur denu
o ſaltat. denuo caput iohannis ī
meſſorio concupiſcit accipere Qđ
factum ad iracundiam plus incita
uit auguſtam. Dum autem quidã
iohanneȝ vellet occidere. a popu
lo eſt comprehenſus et ad iudicã
duȝ traditus. ſed a prefecto ne oc
cideretur ereptus. Quidam etiaȝ
ſeruus cuiuſdam preſbiteri in euȝ
impetum faciens ipſum occidere
molitus eſt. Qui dum a quodam
teneretur. ipſum qui tenebat et
alium aſtantem et tertium percuſ
ſit. Tunc clamore facto multis
concurrẽtib9 plurimos interfecit
Ex illo tempore populus iohannẽ
cuſtodiebat. eius domum diebus
ac noctibus muniens. Suadente
igitur auguſta epiſcopi conſtanti
nopolim conuenerunt et accuſa
tores iohannis fortiter inſiſtere ce
perunt Cum autem feſtiuitas na
talis ſuperueniſſet mandauit im
perator iohanni. quia niſi prius
criminibus exueretur nõ commu
nicaret eidem Epiſcopi autem ni
chil contra eum repperereunt niſi
ꝙ poſt depoſitionem reſidere in ſe
de epiſcopali ſine decreto conſilij
preſumpſiſſet. et ſic condempna
uerunt eum Appropinquante tã
dem ſolempnitate paſchali. man
dauit ei imperator non poſſe ſecũ
in eccleſia manere. cuȝ eum duo
concilia condempnaſſent. Voca
batur igitur iohannes et nequa
ꝗ̃ in eccleſiam deſcendebat. Poſt
hoc autem imperator iohannem
de ciuitate expelli fecit ac duci in
exilium. in quandam ciuitatem
paruam vbi fines ſunt ponti impe
rijq3 romani. que loca crudelib9
barbaris ſunt vicina. Sȝ clemẽs
dominus non permiſit diu etiam
in locis talibus athletam ſuum
fideliſſimum commorari. Hec in
nocentius papa audiens moleſte
ferebat. Volenſq3 concilium cele
brare ſcripſit clero conſtãtinopo
litano ne iohanni ſucceſſorem ali
queȝ ordinaret. Cum igitur fuiſſȝ
longo itinere fatigatus. et doloꝛ
capitis vehementiſſime cruciat9.
necnon ardorem ſolis intolerabi
leȝ pateretur. ſancta anima in
comanis decima quarta die men
ſis ſeptembris e carne ſoluta eſt
Quo defuncto grando vehemens
in conſtantinopolim et in omnia
ſuburbana deſcendit. dicentibus
cunctis hoc dei iracundia geſtum
eſſe. eo ꝙ iniuſte fuerit iohannes
condempnatus. Quibus verbis
fidem fecit mors auguſte protin9
ſubſecuta. quarta namq3 die poſt
grandinem eſt defuncta. Mortuo
quoq3 omnium doctore terraruȝ
occidentales epiſcopi cum orien
talibus nullatenus communicare
voluerunt. donec illius ſacratiſſi
mi viri nomen iter predeceſſores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

epiſcopos poneret· Verū theodo
ſius criſtianiſſim9 filius predicti
archadij. qui aui ſui nomē et pie
tatem tenebat ſacras h9 doctoris
reliquias in menſe ianuarij in re
giam ciuitatem transferri fecit·
Cui fidelisſimus populus cū lam
padibus ⁊ cereis obuiauit· Theo
doſius autem ſuppliciter eius reli
quias pro archadio ⁊ eudoxia ge
nitoribus ſupplicauit vt ignorant
delinquentibus veniam condona
ret Duoū enim parētes ei mortui
fuerant Hic theodoſius clementiſ
ſimus fuit adeo vt nullum ſe ledē
tium mortui adiudicaret dicens·
Vtinā eſſz michi poſſibile ⁊ vitaȝ
etiaȝ mortuos reuocare Ei9 curia
monaſterium videbatur· matuti
nas laudes agebat· codices diui
nos legebat. Huic auteȝ erat vx
or nomine eudoxia que heroyco
metro poemata multa confecit·
huiusq filiaȝ nomine eudoxiā quā
valentiniano quē imperatorē fece
rat dedit vxorem Mortuus auteȝ
eſt circa annos dn̄i q̄dringētos·

De duobus ewaldis Historia·clxxxv·

Tempore pippini regis frā
corū erāt duo ſacerdotes
de anglia quorum vnus e
wald9 niger alter ewaldus alb9
vocabatur Hij gratia predicādi
vt euangelium criſti et fidem e
ius per vniuerſum mundum di
ſpergerent· et animas infideliuȝ
de diabolica poteſtate eriperent·
et iugo criſti ſubderent in ſaxo
niam profecti in domum cuiuſ
dam villici ingreſſi ſunt A quo pe
tierunt· vt eos ad ſuum ſatrapā
duceret· quia haberent ad ipſum
vtile nuntium deferendum· Illo
autem in tempore antiqui ſaxōes
regem non habebant· ſed plures
ſatrapas Ingruente vero bellorū
negotio dicti principes iter ſe ſor
tem miſerunt· et quem ſors tan
gebat· hunc omnes belli ductorē
ſequebātur Peracto autem bello
rurſus omnes ſatrape equalis cō
ditionis cenſebantur Igitur ſuſce
pit eos villicus et promiſit q eos
ad ſatrapam qui ſuper ſe erat du
ceret· diebus tamen aliquot eos
ſecum detinuit· Qui cum interim
pſalmis et orationibus vacarēt·
et cotidie ſacrificium ſalutare of
ferrent habentes ſecum ſacra va
ſa et tabulam altaris vice conſe
cratam Videntes autem hoc bar
bari et timentes ne ſi cum ſuo ſa
trapa loquerentur illuȝ a cultura
deorum auerterent ad ritum cri
ſtianoruȝ album ewalduȝ gladio
interemerunt· nigri vero ewaldi
omnia membra longo cruciatu di
ſcerpſerunt· et corpora ſanctorū
in renum proiecerunt quinto no
nas octob· quorum corpora con
tra impetū fluuij decurrentia aſcē
derunt fere per·xl· milia paſſuuȝ
Omni etiam nocte vbi dicta cor
pora erant magnus lucis radius
ad celum vſq pertingens illuſtra
bat· vt pagani nepharia cede inq̄
nati miraculorum iudicio deprehē
derent in quante ſanctitatis glo
ria martires apud deum pollerēt
Expleta demum atq cōſummata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2.

martirum victoria per viſionem
tylmoni cuidaꝫ de ſocijs ſuis quõ
dam militi nobili · nunc autẽ mo
nacho religioſo omnem rem ſuaꝫ
vt geſta fuit detegunt . ⁊ corpora
ibi inuenienda denunciant vbi de
celo lucis ſplendor locum continẽ
tem illuſtrat · Tylmo ſtatim apit
viſionem · ſocijsq́ꝫ de rei euentu per
docti · leticia ac merore percuſſi · ce
leri mox nuntio pippini ducis au
res inṫpellãt · interemptos hoſpi
tum ſuorum ſocios miro ordine ⁊
miro famulatu aduentaſſe huma
no ſeruitio deficiente · creaturam
inſenſibilem honorem ⁊ obſequiũ
ſubrogaſſe · Qui honorifice illoruꝫ
corpora ſibi tranſferri precepit · õ
niq́ꝫ gloria ſepeliri colonie in eccle
ſia prope renum cõſtructa iuſſit ·
vbi vſq́ꝫ hodie digna celebritate
ac veneratione eorum reliquie ſer
uantur ac patrocinia expetuntur
Satrapa autem iratus ꝙ ad eum
ſancti non veniſſent · omnes vici
nos occidit ⁊ ipſum villicum com
buſſit · ¶ In eodem vero quo paſſi
ſunt loco fonteꝫ erupiſſe · ac afflu
entem aque copiam aiunt ema
naſſe · ſueq́ꝫ dulcedinis abundan
tia ad preſens vſq́ꝫ ebullire · vt
manifeſte poſſit intelligi illos in
celo fonte viuo ſaciari ·

¶ De ſancto gereone cum ſocijs
ſuis ·

¶ Hyſtoria . clxxxij .

Dyocleſianus cum maximi
anum contra gallias deſ
tinaſſet . vbi perniciofus
tumultus contra romanum impe
rium exercuerat · eidem ad ſupple
mentum exercitus legionem the
beam que ſexmilia ſexcẽtos ⁊ ſexa
gitaſex milites habebat ire iuſſit
Fuerunt autem due thebe . Vna
in theſſalia grecie ab ethiõe dicta
que cadmuꝫ adiuuit · Alia in egip
to quam cadmus condidit . Hec
egipti nobiliſſima ciuitas et opu
lentiſſima centuꝫ portas habuit ·
et ſuper nilum fluuium qui de pa
radiſo egreditur ſita fuit · ¶ Vbi
iacobus frater domini verbuꝫ do
mini predicauit · Ab hac auteꝫ vr
be milites illi dicti thebei chriſtia
niſmum orientali more ſuſcepe
runt a ſancto zabda ieroſolimita
no epiſcopo . et apud ſanctũ mar
cellinum papam rome confirma
uerunt ꝙ ante gladijs interire e
ligerent ꝙ̃ fidem chriſti acceptaꝫ
violarent · Hij ergo cum maximi
ano permixto fidelium et infideli
um exercitu montes alpium tran
ſeuntes gallie propinquabant ·
Maximianus vero comperto ꝙ
carauſius quidaꝫ nobilis inſidias
contra romani fines imperij moli
retur iuxta gallorum et ſaxonum
cõfinia · miſit illuc per reni flumi
nis alueum parteꝫ ſui exercitus ·
adiungens eidem precipuos bel
li duces ſcilicet Gereonem · Vic
torem · Caſſium Florentium atq́ꝫ
Maluſiuꝫ · Quos felices ĩme xpia
norum militum ſequebantur · In
terea maximianus octodorum ve
niens iuxta radicem alpium ſta
tuto zeli ydolo precepit · vt õnis
exercitus viritim .i. per ſingulos
viros et de viro ad virum feſtiua
celebritate concurreret · et dijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

immolaret· Jam vera gereoneuꝫ
preceſſerat agmē Intelligēs igiť
referente precone beatum mauri
cium cum ſua legione ſe ſubtraxiſ
ſe . nec ad immolādūꝫ ydolis poſ
ſe inclinari· precepit eam ſemel ⁊
iteruꝫ decimari· ⁊ ſi adhuc qui re
manerēt mori ꝙ̄ cedere mallent
omnem illam beatiſſimam legio
nem vbicumqꝫ ea fuiſſet diſperſa
miſſis militibus ſtatuit trucidari ·
Miſſi autem ſatellites mortis · pꝰ
occiſionem beati mauricij et ſocio
rum eius venerunt veronam ad
vrbem vbi iuxta ripaꝫ reni flumi
nis repperer̄ut primarios milites
in vno loco conſidentes videlicet
Caſſium et Florentium cum ſeptē
alijs ſimilis coſtantie viris· alios
qꝫ cum eis ꝙ̄ plurimos eiuſdeꝫ ag
minis ſed non omnino eiuſdem in
tentionis ſatellites· Hos cum ↄg
nouiſſent de orientali fuiſſe preſi
dio ſeuientes cōtra eos de profeſ
ſione fidei ſciſcitati ſūt· Cumqꝫ illi
nec voluntate cordis nec ſenten
tia reſponſionis a ſuperioribus diſ
creparent. ſubmiſſis capitibus in
eodem loco pro chriſti nomine in
terempti ſunt · Mox ergo ad bēa
tum gereonem eiuſdēqꝫ ſocios nu
mero trecentos et decem et octo
cum illo pariter fide veritatis ar
matos perſecutor neſcio velocius
an fama peruenerit · pregreſſi ta
men paululum ante ſubſequētes
carnifices in campis agrippine ci
uitatis magne martirij gloriam ſē
ſe inuicem cohortantes preſtola
ti ſunt · Sed et qui miſſi erant a
iudice nullam in eis defendēdi vel
a propoſito deficiendi voluntateꝫ

ſed conſtantiſſimam nominis cri
ſti confeſſioneꝫ inuenerunt· Om
nes enī vnanimiť et ↄcordiť do oī
potēti q̄ celū ⁊ trā ⁊ oīa q̄ ī eis ſūt
creauerat ſacrificādū eſſe· et eū ſo
lum adorandum crediderunt et
conſtantiſſime confeſſi ſunt · Ibi
beatus gereon dux egregiꝰ cuꝫ
illis regis eterni vernacul' ſemet
ipſum ſpontaneus obtulit hoſtiā
deo viuentem · Inſani vero torto
res ſanctoruꝫ ibidem corpora cru
entantes per campi illius planici
em traxerunt , et in puteum quē
dam maximum proiecerunt· Hec
itaqꝫ dum agerentur cohors illa
que beatum victorem comitaba
tur ad locum cui deſtinata eſt pro
perans · peruenit ad opidum qd
troyaꝫ ſiue xanctim nominabāt·
ibiqꝫ cum duce ſuo caſtra in pra
tis virentibus poſuit. Venientes
autem illi cruenti ſatellites criſti
militem victorem cum trecentis
et triginta peremerunt · et ſanc
torum corpora in locis paluſtribꝰ
ſubmerſerunt . Eodem vero tem
pore de mauritania que eſt pars
affrice finitimiſqꝫ regionibus mi
lites ab imperatore propter fre
quentes gallorum tumultus euo
cati , in galliam nauigio venerūt
Quorum ibi ſimul trecentiſexagi
ta pro fide catholica trucidati cuꝫ
beato gereone ſocijſqꝫ eius bea
torum corporum quietem et vene
rationem perpetuam delegerunt
Apud ſanctam vero colonienſeꝫ
eccleſiam que fidem a ſancto mať
no primo ſuo epiſcopo ſuſcepit cō
ſuetudo huiꝰcemodi inoleuit vt
beatos martires ſcilicet gereonē

Victorem Caſſium et Florentiuꝫ
eorumq; ſocios · trino martirio co
ronatos trinis etiaꝫ in locis vene
rabiliter conditos vna die et feſti
uitate congrua veneretur · cuꝫ ta
men dubium ſit vtrum vna die
an diuerſis eorum martirium cō
pletum ſit · In huius autem ge re
onis et ſociorum eius honoreꝫ fe
cit poſtmodum helena mater cō
ſtantini eccleſiam pulcherrimam
ſuper eorū corpora · miro metallo
rum fulgore et artificiꝫ varietate
decoratam · totaq; conſtructa fuiſ
ſe dicitur ſine lignis vł alia mate
ria que facile ſenio cedit aut ne
gligētie · aurei vero fulgoris tan
tum emicuit vt nomē ad aureos
ſanctos ab incolis ſortiretur. ¶
Quodam vero tempore euergiſlꝰ
tertius ſancti ſeuerini confeſſoris
chriſti ſucceſſor · nimio capitis do
lore vexatus ad memoriam acceſ
ſit prefatoruꝫ martirū · et ingreſ
ſus eccleſiam inchoauit verſiculuꝫ
qui ſolet dici in laude ſanctoruꝫ ·
Exultabūt ſancti in gloria · Tūc
protinus ex adito ſanctorum re
ſponſum eſt Letabuntur in cubi
libus ſuis · Quod pontifex audi
ens et laudem domino cum ſuis
acclamans de puluere loci illius
aliquid capiti ſuo impoſuit et ſalu
tem recepit ·

¶ De ſanctis criſpino et criſpiano
¶ Hyſtoria · clxxxiii ·

Seuiente chriſtianorum p
ſecutione ſub dyocleciano
et maximiano ſimul reg
nantibꝰ · criſpinꝰ et criſpinianꝰ
rome claris orti natalibus in gal
lias pro chriſti nomine cuꝫ beatis
q̄ntino fuſtiano et victorino pari
ſius peruenerunt · Ibiq; nomina
tim loca in quibus predicarent di
uiſi elegerunt · Criſpinus vero et
criſpianus ſueſſionēſē ciuitatem
ſue peregrinationis hoſpitam eli
gētes · vbi pauli apoſtoli veſtigia
ſequentes vt neceſſaria vite labo
re manuum ſibi prouiderent · ar
tem ſutoriam que quiete exerceri
poteſt didicerunt Et cum elegan
tius omnibꝰ pene artificibus opa
rentur a nullo tamen mercedem
coacte exigebant · Vnde etiam
per hoc gentiles eorum amore de
uicti · non tam neceſſitate artificiꝫ
q̄ȝ amorē dei ad eos frequenter ve
niebāt · et relicto errore ydolorū
in deum verum credebant Deniq;
hii ſancti viri a rictiouaro req̄ſiti
calciamenta pauperuꝫ ſarcire re
perti ſunt Quos cathenis ligatos
ſibi exhibitos poſt multas interro
gationes · nolentes ydolis ſacrifi
care extenſos ad trocleam iuſſit
fuſtibus cedi Deinde ſubulas ſiue
ſudes in vnguibus digitorum eo
ruꝫ immitti · et corrigias de dorſo
eorum incidi · Quibus inter acer
rimos dolores orantibus ſudes de
vnguibus coruꝫ exilierunt · et mi
niſtros percutientes quoſdam in
terfecerunt · quoſdam vero vulne
ratos cruciauerunt · Deīde rictio
uarus iuſſit molas ad ſingulorū
colla ſuſpendi · et hyemis tempo
re ī fluuio auxiona velut ſub gla
cie demergi Sed eos nec aqua mer
gere · nec petra premere · nec fri
gus ſtringere potuit · quinimmo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

quaſi eſtiuis delectati lauacris ꝓ
iecto molari onere ad alteraꝫ flu
minis ripam deuenerunt. Viſo
rictiouarus hoc miraculo inſtigā
te diabolo exagitatus iuſſit plum
bum iniectum igni liquefieri· in
quo martires ſancti demergeren
tur conſummandi· Sed ipſis oran
tibus et dicentibus· benedictus
es domine deus patrum noſtroꝝ
etc̄· exilyt gutta plumbi feruētis
in oculum rictiouari ꝛ graui illū
dolore erucians excecauit· At is
magis inſaniens picem et oleum
et adipē ſimul bullire iuſſit. et ſā
ctos denuo quaſi conſummādos
illuc precipitari· Sed ſancti ſpei
fue immobiles et in oratione ala
crēs dixerunt· Potens es domi
ne de illatis nos liberare tormen
tis ad confuſionem dyaboli et ſa
tellitum eius. Mox oratione fini
ta eduxit eos angelus illeſos Qd
videns rictiouarus ſeſe in continē
ti in ignem precipitauit et periyt
iuſto dei iudicio agente· vt qui
multos criſti martires igne intere
mereat ipſe ad ignem eternum
igne cōſumptus deſcenderet Hec
vidētes ſancti nocte proxima do
minum precabantur vt eos a cer
tamine ereptos ad ſe venire iube
ret propitius. Quibus eadem no
cte reuelatum eſt ꝙ illuceſcente
die premiy ſui mercedem eſſent re
cepturi· Et ſic factum eſt· Maxi
mianꝰ ergo audita rictiouari mor
te eos decollari precepit· decimo
kalendas nouembris Corpora ve
ro eorum a carnificibus· beſtyis
et auibus deuoranda ſunt expoſi
ta· ſed chriſto cuſtodiente manſe
runt intacta· Poſt hec angelus
domini ſeni cuidam apparuit· ꝛ vt
eos colligeret· et in domo ſua ſe
peliret precepit Qui ſenex aſſūp
ta germana ſua vetula· que erat
eius cellule cohabitatrix ad locū
properat· vbi decollati iacebant·
Et quia prope fluuiuꝫ erat· ad cel
lulam pauperū nauigio facillime
duci poterant· Sed nec nauis in
promptu erat nec nauigādi inge
nium nec virium contra fluminis
impetum pauperibus et infirmis
fiducia ſuppetebat. Peruenientes
tandem ad locum ſibi ab angelo
oſtenſum· corpora ſancta reppere
runt a beſtyis intacta· ꝛ naueꝫ in
amne diuinitus procuratam Tūc
cuꝫ fiducia tollentes ſinguli corpo
ra ſingulorum martirum quaſi li
beri ab oneribus gradiebantur·
ita inoffenſo veſtigio vt putares
eos non onera ferre· ſed ab one
ribus ferri· Ingreſſiqꝫ nauiculam
velociter pergebant abſqꝫ remigi
o et gubernatore non viſo contra
fluminis vndam. Et hec exultan
tes miraculo ad vicinam cellule
ſue ripam peruenerunt. ſanctoꝝ
qꝫ corpora i tugurio ſuo ſepelierūt
At vbi perſecutio ceſſauit. honor
eorū plebibus miraculis patuit·
et eccleſia magna in honorem ſan
ctorum illic poſtea a fidelibus cō
ſtructa eſt·

¶ De ſancto ſeuerino archiepiſco po coloniensi·

¶ Hyſtoria· clxxxiiij.

Beatꝰ ſeuerinꝰ apud burde
galim in vaſcoia exiſtēs

agricola aratrū minans audiuit
vocem de aere ab angelis talem.
Seuerine seuerine. tu eris episco
pus in colonia. At ille. Quando
hoc erit? Respondit vox desuper.
Cum virga quā manu gestas flo
ruerit. Et statim ipē ponens vir
gam aridam in terram germina
uit et floruit. Vnde in episcopum
ab vniuerso populo concordi cōsēsu
electus omni deuotioni se conti
lit. Tempore namq arriane here
seos. lorica fidei indutus in dei ope
re spectabilis fuit. adeo vt conue
nientibus ad sinodum totius pene
gallie aliarumq prouinciarum
christiane fidei doctoribꝰ. eufrata
quondam agrippine colonie non
pastore sed mercennario et arria
no deposito. per quatuordecī epis
copos inter quos fuit maximinus
eps treuerensis et seruatius epis
copꝰ tūgrorū idē seuerinꝰ vt infu
sam maliciam eliminare debuisse
aptissimus acclamaretur. Quod
etiam concilij autoritate firmatū
est. Actumq est mira dei dispēsa
tione vt non eufrate scelestissime
peruersitatis doctoris. qui tantū
nudū hominem asseruit christū.
negās eū consubstātialē patri suo.
sed potius materni christiane fidei
primi propagatoris successor exi
steret. quatenus ecclesiam inter
procellas hereticorum fluctuantē
fideliter et strennue gubernaret
et eam a pestifera arrianorum ra
bie purgaret. Consecratus igitur
archiepiscopus coloniensis ab ar
chiepiscopo treuerensi scilicet ma
ximino. quali vigilantia in custo
dia ouilis sibi crediti de suo auerit.
potest patere. ꝙ post discessū su
um tota pene gallia et eius finiū
me cede atq incendijs deuastabā
tur. ita vt nec vna quidē ciuitas
nisi metensis propter oratorium
beati stephani inusta remaneret
¶ In laudem huius sancti legi
tur. ꝙ quodam tempore dum gre
gis sibi commissi custodijs inuigi
lans die dominico expletis matu
tinalibus officijs ex consuetudine
loca sancta orādi gratia circuiret.
audire meruit dulcisonā celestis
militie melodiam. que illum affla
tu sācti spiritus docuit. quia mar
tinꝰ episcopus a seculo migrauit
Ex qua re q̄d aliud est pensandū
nisi ꝙ omnipotens deus dū mar
tinum ad celestē gloriam extulit
beato seuerino eius consessum et
consortij securitatem dedit. ¶
Quidam in seculo genere nobilis
et alto sanguine natus cum iam
nuptie ei parate essent. raptus in
spiritu vidit pulcherrimū iuuenē
sibi astantē. qui magna ei promi
sit si nuptias dimitteret. Vnde cū
surrexisset omnibus dimissis clā
ī heremū transfugit. ipso iuuene
duce qui ei apparuerat. Tandem
cum multos annos expleuisset o
rauit vt sibi dominus ostenderet
cui equalis in regno celorum futu
rus esset. aut premium recepturꝰ
Cui ab angelo propositus est pre
sul coloniensis seuerinus. Et cum
eū videre cuperet ab angelo qui
eum ante visitauerat ad locū du
ctus est. vbi beatū seuerinum vi
dit post missarum solempnia vbi
fuerat magna festiuitas cōuiuio
instructo deliciarū affluētia p̄fulgē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Quo viſo contriſtatus eſt de pre
mij equalitate ·cuꝫ ipſe paupꝑta
te ⁊ abſtinētia ille vero deliciꝭ af
flueret · Statimq̧ deſuper correp
tus intellexit · ꝙ minus epiſcopꝰ
omnem illam ſecularem gloriam
ꝙ̄ ipē ligneū vaſculū qđ ſibi de cū
ctis opibus ſuis reſeruauerat dili
geret · Vnde gratias deo agens ⁊
promiſſum ſibi premium cum ſe
uerino famulo dei flagitans ad ſo
litudinem redijt · Cum iam vir dei
ſenuiſſet monetur per viſionem ·
vt burdegalenſe opidum et par
tes aquitanie vnde et oriundꝰ fu
it viſitare non dubitaret quatenꝰ
cuꝫ ſuo compare beato ſeuero re
quieſcat · Et relatum eſt ſancto
amando eiuſdem vrbis epiſcopo
illum aduenire · Vnde et ipſe fa
mulo dei cum magna multitudine
cleri et populi obuiauit · Vbi be
atus ſeuerinus ſibi occurrentes
quos nunꝙ̄ ante viderat propri
is nominibus ſalutauit · Tandeꝫ
conuocatis fratribus mortem ſuā
predicentem atq̧ poſt hoc e ſecu
lo migrantem beatus amandus
ipſum in cripta maioris eccleſie ho
norifice ſepeliuit Ad cuiꝰ ſepulchꝝ
deus multa miracula operatur · E
quibus vnum inſigne explicabo ·
quod ideo famoſius predicat cū
ctis · quia cōmunis erat cauſa ſa
lutis · Nam quodam tempore cuꝫ
ad annuale feſtiuitatis eius gaudi
um plebs prouintie religionis a
more conflueret · inopinata gotho
rum rabies cum exercitu rabioſo
superuenit · Cumq̧ ſe multitudo
que conuenerat inermē et reſiſtē
di inopem cerneret · ad eius auxi

lium cōfugit cuius glorioſa ſolēp
nitas inuitauit · Nec mora dies lu
mine priuatur · ſtat hoſtis in ten
torijs perterritus · tandē ei videt̄
ꝙ multitudo armatorum eum inſe
quatur · Vnde relicto apparatu ca
ſtrorum et ſolamine equorum ita
diſcedunt perterriti · gaudentes ſu
a perdere qui venerant aliena ra
pere · hijſq̧ quos predari venerāt
cum omnibus ſuis preda ſiunt ·
¶ Quodam tempore burdega
lis tanta erat aquarum inundan
tia · vt diluuiuꝫ credi potuiſſet per
quod homines delerentur · Mox
cū clerus et populus ad ſepulchꝝ
ſancti confugerent · diuino nutu
vis ymbrium reſtringitur et ma
ne facto ſol clare diffunditur · ⁊ ſu
bita ſerenitate recepta gaudio im
menſo tota prouintia repletur ¶
Poſt illam inundantiam omnis
prouintia ſiccitate occupatur · ita
vt terra fructum dare negaret ·
Iterum omnes ad ſepulchrum ſā
cti confugiunt · eius auxilium im
plorantes · Circa medium noctis
cadit pluuia de celo · et herba cuꝫ
defectus humore reficitur · ⁊ aridi
tatis ſterilitas in priſtinum viro
rem mutatur. ¶ Poſt morteꝫ
ſancti in partibꝰ colonie per tres
annos ſterilitas nō modica fuit vi
delicet vt nunꝙ̄ pluuia caderet ·
Reuelat̄ euergiſilo propter hoc
eſſe, quia āntiſtite ſuo carerent · Ci
ues igitur burdegalim pergentes
mediam partem ſancti viri ſecuꝫ
detulerunt · multis in via ſignis
et prodigijs factis, ⁊ i eccleſia ſā
ctorum cornelij et cypriani hono
rifice locauerūt · Et ſtatī vbertas

pluuie ſecuta eſt ¶ Quodaʒ tem
pore dum beatus ſeuerinꝰ adhuc
viueret · allatus eſt ei a parētibꝰ
contriſtatis inuenis quidam vi
ta priuatus · Quorum fletibus cō
paciens deum inuocando diu flex
is genibus orauit · ⁊ confidenter
accedens exſpectantibus omnibꝰ
qui aderant · viuum illum parent
tibus reſtituit · ¶ Leo papa a ro
ma profectꝰ ad imperatoreʒ karo
lum deuenit ad locum in quo ſcī
ſeuerini corpus requieſcit · Ibiqȝ
ecleſiam intrans ad comites ſuos
ait Loci huius defenſor domi eſt ·
et ideo non ſum auſus illum pret
ire inſalutatum · Hinc ergo ciui
bus conſuetudo inoleuit vt vno
die per ſingulas ebdomadas ad e
ius eccleſiaʒ veniant · quatenus p̄
totam ebdomadam eius patroci
nio ſalubrius fulciantur · ¶ Legi
tur ꝙ poſt mortem beatus ſeueri
nus apparuit dyacono ſuo ſācto
euergiſilo · qui poſt eum fuit archi
epiſcopus in colonia · qui audiuit
in tranſitu ſancti martini voces
angeloruʒ cum eo · indutus ponti
ficalibus · habens nubem ſup ca
put eius ſtillantem ei guttas ig
neas ſuper caput ſuum Et cū que
reret quare hoc pateretur cū ſanc
tus apud homines crederetur reſ
pondit · Ideo hoc patior qꝛ horas
canonicas in vita negligenter di
cebaʒ · nec debitis temporibꝰ · et
cum mei familiares inter horas ſe
cularia negocia ingerebant eis ī
tendebam · nec horas cum clericis
meis dicebam Et cum quereret v
trū illa pena eſſet magna · accidit
vna gutta ſuper brachium eiꝰ cō

burens carnēm vſqȝ ad oſſa Qui
cum eiulatet pre vehementia do
loris ait ſanctus Noli timē · Nunc
autem videbis quanta poſſum a
pud deuʒ · et eleuans manum cuʒ
ſigno crucis ſtatim curauit eum

¶ De ſancto cuniberto archiepi ſcopō colomenſi ¶ Hiſtoria clxxxv.

Beatus cumbertus de lumi
naribus illis maximis fu
erat · quod ſupra candela
brum poſitum per totum mundū
circumferebat igneʒ · quē ipſa ve
ritas in terram mittere venerat
et voluit vehementer accendi Pa
ter eius crallo nomine clarus pro
uincie moſellenſis indigena ipſuʒ
puerum elegantem ⁊ virtutibus
aptum dagoberto francorum re
gi nutriendum ſimul et prouehē
dum commendauit · Qui quidem
puer non tantum ab illicitis verū
etiam multociens a licitis vitam
duxit · imitatus materne pietatis
ingeniū · quod ab ipſis cunabilis
ſimul cum infantie lacte ſedulo po
tare conſueuerat Hec enim dei fa
mula nomine regina ſic maritali
deſeruiebat arbitrio · vt corde fide liſſi
mo ſe totaʒ criſti manciparet im
perio · ⁊ fixuʒ in amore dei animū
ſupernis deſiderijs adherere fecit ·
Edocta itaqȝ per ſpiritum ſanctū
equo iuſticie libramine ſua cuiqȝ
dedit · mundo neceſſariaʒ diſpen
ſationem · deo cordis deuotionem
Filiuʒ tn̄ ſuuʒ cumbertū magis de
putabat religioſis officio ꝙ̄ regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

obſequio Puer autem deo deditꝰ
in regali palatio ſcole virtutum
inuigilabat Deum timebat· regē
honorificabat· Erat namq̃ māſue
tus et patiens et in omni honeſta
te docil’· Magiſtra quidem hoc
intus egit gratia· vt foris in edo
cendo ad impoſita miniſteria pue
ro non laboraret preceptoris in
ſtantia. Namqꝫ non contentus re
gi quaſi precellenti deſeruire· verū
etiam ſeruorum calciamenta detē
here ſolebat atqꝫ mundare· Cum
ergo ab primo exercicīo q̃dꝫ vellꝫ
illum dominꝰ ad altiora virtutuꝫ
incremēta conſcendere · reuelare
dignatus eſt regi quanti apud ip
ſū meriti pueriſis illa ſimplicitas
haberetur· ¶ Quadam demqꝫ
nocte dum idem rex peruigil in le
cto quieſceret· vidit ſubito locuꝫ
illum vbi ſanctus puer ſoporis g̃
tia membra feſſa compoſuit ma
gnifico lumine ſplendere· et eodeꝫ
ſigno futura pueri facta cepit no
tare· ſicut ſaulum contigit de celo
vocari. Mane itaqꝫ facto rex de
viſione ſollicitus requiſiuit quis
in eodem loco vbi ſplendorem de
ſuper viderat radianteꝫ per noctis
ſilentiuꝫ quieuiſſet Intellexit em̄
ꝙ tale preſagium magnuꝫ aliq̄d
pretendiſſet · Cui cum apparito
res ſuggererēt kumbertum pue
ruꝫ ibi dormiuiſſe · quod et prius
ipſius attendentis diligentē indu
ſtriam non latebat· apprehenſum
eū illico nō de turba ſeorſū· ꝫ corā
cūctis qui aderāt· ſolito familiari
us allocutꝰ ē· et adoptatū ſibi in
filij locuꝫ · āplexu dulciſſimo exoſ
culatꝰ ē· ꝑnūciās ꝙ vere deꝰ in il

lo eēt· quē tāta luminis manifeſ
tatione clarificare dignatus eſt ·
Erat em̄ ipſe religionis amator ·
fide catholicus · et ad omne opus
bonuꝫ in xp̄i dilectione paratus ·
Exinde ꝓceſſu tp̄is btūs kumber
tꝰ ad p̄me.i. valde lr̄is eruditus· aſ
cēſioēs p̄mū ī corde ſuo diſpoītas
ꝓfectu cotidiano perurit· mox ec
cleſiaſticos aſcēdēdo p ordinē gra
dꝰ· Itaqꝫ auctꝰ bn̄dictione celeſti
de virtute in virtutē feruidꝰ i dn̄i
dilectiōe ꝑperabat· donec raptꝰ
ab archiepiſcopo treuerorū archi
dyaconatus officio ſublimatꝰ ē. ¶
Paucis poſtmodū elapſis ānoruꝫ
curricul’ clerus et ꝑplus agrippine
colonie paſtore deſtitutꝰ ip̄m iam
in dei ope exercitatū vt ſibi p̄eſſꝫ
votis et precibus implorauit · So
la in eo repugnauit humilitas ·
cuius tamen ad hoc opus p̄deſtīa
ta fuit a dn̄o ſcitas· Cōuenientibus
igitur in vnū plebis deſtitute ma
ioribus· maximoqꝫ ſacerdotuꝫ et
alioꝝ pricipū cetu ad eoꝝ auxiliū
aīmis opibꝰqꝫ parato· fortiſſimū
viri dei pectꝰ caritati tantū cedere
ſolituꝫ a ꝓpoſiti ſui duricia emolli
tū eſt· ſicqꝫ nutu dei archiep̄us co
lonie electꝰ ſeptimo kal’ octobris
gradum epiſcopalis benedictiōis
aſcēdit . Deinde talem tantumq̃
ſe cunctis exhibuit vt noſtra hoc
facultas nequaꝙ̄ poſſit euoluere
¶ Quadam die dū ſingulare no
ſtre redemptionis miſterium ple
nus deo ſup menſam dominicam
in baſilica ſcārū vndecim milium
virginum immolaret · aſtans cle
rus et populus vidit columbam
ſplendidiſſimam · primum hac et

illac per omnem eccleſiam circum
uolitando vagari· deinde pontifi
cis inſidere capiti· et mox inde re
uerſam· et iuxta tumulum cuiuſ
dam virginis ſtupentibus vniuer
ſis qui aderant ab omnium ocul'
elapſam· Acclamatum eſt confe
ſtim ab omnibus· vere dignum
hunc eſſe qui miniſtrarꝫ domino
ſacerdotez. felicem fore huius ec
cleſie plebem ſi mereretur per ta
lem diu gubernari paſtorem Hic
ergo gemitus illinc gaudia perſo
nabant Comparentur nunc ſi pla
cet hec duo que propoſuimus mi
racula· vnum in pueritia alterum
in epiſcopali perfectione monſtra
tum Et q̄d in ſignis illis niſi aduē
tus ſpiritus ſancti intelligendus
eſt? Ab ipſo enim innocentie ſim
plicitatem habuit· qui per colum
bam exprimitur· Ab eodez quoqꝫ
zelum dei et famam bonorum ope
rum longe lateqꝫ micantem acce
pit· qui per luminis claritatem fi
guratur Completis igitur quadra
ginta villicationis ſue annis· pri
die ydus nouembris· creatori ſu
o plenum bonis omnibus reddi
dit ſpiritum· Corpus autem eius
ſicut ipſe viuens preceperat. poſi
tum eſt cum magna gloria in ec
cleſia ſancti clementis quam ipſe
cōſtruxerat

De ſancto maximino epiſcopo
treuerenſi Hiſtoria· clxxxvi

Maximinus ex aquitaēa pi
ctauienſis vrbis indige
na ex claris parentibus
originem ſuā duxit· Hic morum
honeſtate ab ipſis cunabulis ful
gens ſacris et humanis litteris
erudiendus traditus eſt· Qui cū
iuuenis eſſet· adoleſcens in galli
am venit· et ibi agritio treuerorū
preſuli adheſit· Cui etiam defun
cto in epiſcopatu ſucceſſit Qui tā
dem romā peregrinari deſiderans
beatum martinum comitem ſue
vie fecit· Igitur in via tedium
itineris pia collatione diuini verbi
alleuiabant· et habebant ante ſe
aſinum qui eorum ſarcinas deferē
bat· quem quidam vrſus obuius
deuorauit· Tunc beatus maximi
nus beſtie imperauit vt defuncti
aſini onus ſuppleret· Et ita conti
git vt vrſus tanq̄ꝫ iumentum do
meſticum ſanctis manſuete et pa
cienter ſeruiret· Qui tandem ip
ſum reſtituerūt priſtine vagabū
de libertati· hac tamen occaſione
vt nullum deinceps lederet Poſt
hec venerandi confeſſores explē
to criſti itinere ad propria diuer
terunt· et maximinus martino
valedicens ad vrbem pictauien
ſem cauſa viſitandi propinquos
ſuos diuertit· vbi tandez diē clau
ſit extremum· Cui ſucceſſit in epi
ſcopatu hildolphus vir mire ſan
ctitatis· qui celeſti monitus viſiōe
reliquias ſancti maximini trāſtu
lit in vrbem treuerorum· et in ec
cleſia beati iohannis euangeliſte
collocauit· Ad cuius ſepulchrum
multa miracula fiunt Nam iniciuꝫ
ſignorum eius fuit q̄ cecus quidā
illuminatus eſt· Ab inmundis etiā
aꝫ ſpiritibus tres homines ob hu
ius viri ſancti merita et v̄tutes
ſanitati priſtine ac incolumitati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

videntibus cunctis atq; ſtupenti
bus ac ei⁹ virtutē cōfitentib; gra
tioſe donati ſunt· In quodam ſuo
feſto· xxxvij· hoīes a demonū op
pſſione liberati ſunt· Sequēti quo
q; anno eadē ſolempnitate vigin
ti duos mundauit.

¶ De ſācto thoma de aquiño
¶ Hiſtoria· clxxxvij·

Beatus thomas de aquino
ordinis fratrum predica
torū doctor egregius· co
mes genere ex regno ſicilie· ī vir
ginitate ſine peccato mōtli vſq;
ad vite terminum domino milita
uit· Huius doctoris ortus· nomē
doctrina et futur⁹ in ordine fratꝝ
predicatorū vite progreſſus· per
virum ſanctum re bonū & nomi
ne· qui cū pluribus alijs heremi
tis anachoriticam vitam duxit. p̄
nūciatus eſt diuinit⁹ matri ſue.
cum illa adhuc ſe fore grauidam
ignoraret· dicens ei Gaude domi
na· quia tu paries filium· & voca
bitur nomen eius thomas· Hic
erit magnus toti orbi in ſcientia
et vita· eritq; ordinis fratrū pre
dicatorum· que omnia ſicut ſan
ctus predixerat completa ſunt·
Natus itaq; puer nobilis predica
torum ordinem ingreditur· prop
ter quod a fratribus carnalibus
rapitur. & quaſi per biennium cu
ſtodie carcerali mancipatur Cum
q; nec minis nec blandicijs poſſꝫ
ab ordinis propoſito reuocari· p
ſpeciem puelle ad eū introducte
ſubuertere querunt animum in
nocentis· Qui mox de igne ticio

nem arripiens ſuggeſtricem ig
nite libidinis extra cameram ef
fugauit· Et facto ſigno crucis in
oratione cū lacrimis apparuerūt
ſibi duo angeli· ipſumq; ſtringen
tes dixerunt· Ex parte dei te cin
gimus cingulo caſtitatis· quod nū
latenus de cetero diſſoluetur Et
ex tunc nullum omnino ſenſit ſti
mulum veneree voluptatis· Tan
dem cogitante matre ſua implen
dum eſſe in filio ſuo quod ſibi fu
it premōſtratum. ipſa permittē
te per fratres ordinis ad ordinē
eſt reductus· in quo cepit nō ſeg
niter ſtudio ſacre lectionis inten
dere· tantoq; gaudio in contem
plando replebatur mens eius q̄
ſepius in oratione viſus eſt a ter
ra totaliter eleuari· Nec deſtitit
diabolus tendere laqueos adole
ſcenti Nā ad preces fratrum ſuo
rum et cardinalium ac amicorū
quos habebat in curia vocatur
ad papam· Cumq; illuc veniſſet
precepit ei vt ſuſciperet abbaciā
montis caſſini· cui ſubiacent ſep
tem epiſcopatus· & ipſe abbas p
omnia vtitur officio epiſcopali·
Quod preclarus adoleſcens pru
denter et humiliter declinauit· &
clā dilapſus a curia venit ad ſtudē
dum ſub fratre alberto poſtmo
dum ratiſpanenſi epiſcopo in co
loniam agrippinam· Poſtea miſ
ſus eſt pariſius ad legēdum atq;
exercēdū· nec multo p⁹ coact⁹ eſt
ſuſcipere in theologia magiſtra
lem cathedram ad docendum ¶
Quodam tempore ad locum ora
tionis ſe contulit in quo proſtra
tus cum lacrimis orauit dicens·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Saluum me fac deus· quoniam di
minute ſūt veritates a filijs homi
num· Diu autem orans cum lacri
mis obdormiuit et ecce nuncius
celicus· frater antiquus admodū
venerandus venit dicens· Frater
thoma quid deum oras cum lacri
mis? Suſcipe onus magiſterij· q̄
deus tecum eſt· Pro tuo autem
principio nichil aliud proponas
niſi hoc Rigans montes de ſuperi
oribus tuis· de fructu operum tu
orum ſaciabitur terra Quo dicto
thomas euigulans· deo gratias
de ſua benigna eruditiōe et admo
nitiōe reddidit· Q̄d v̄bū non ſolū
thema principij ſui fuit· ſed totꝰ
ſui ſtudij et ſcientie ſufficientiā
indicauit· quia ex hijs que de mō
tibꝰ diuine ſpeculationis accepit·
totam eccleſiam quaſi agrum di
uini ſeminis complutū ſapientie
pluuijs ſaciauit. Eſt eni ōnibꝰ
manifeſtum ꝙ in toto mundo in
ter fideles catholicos i philoſophi
a et theologia in ſcolis nichil alid
legitur q̄ꝙ quod de eiꝰ ſcriptis hau
ritur et recipitur. Quotiens aūt
ſanctus iſte diſputare ſcribere le
gere vel dictare voluit ad oratio
nem ſe contulit· et inde ſurgens
quicquid legere vel ſcribere vel
dictare debebat ſtatim facillime
inueniebat quaſi in libro aperto
didiciſſet. Vnde eius ſcientia cre
ditur fuiſſe diuinitus inſpirata·
quia doctrinam ſuam non ex pro
prio ingenio habuit. ſed ex raptu
mentis in deum orationibus impe
trauit· ¶ Orantem ipſum qua
dam nocte apoſtoli petrus et pau
lus inſtruxerūt pleniſſime de tex
tu dubio ſcripture prophetice yſa
ie· ¶ Item cum eſſet ſalerni in
conuentu fratrum viſus eſt ante
maius altare in oratione exiſtēs
poſt matutinas a fratribus iacobo
et ſocio ſuo reynoldo· qui ipſum
exempli gratia obſeruabāt· duo
bꝰ cubitis eleuatus a terra· velut
ſi fas eſt dicere futurum agilita
tis vel aliquid ſimile participium
accepiſſet quo ſine pondere quaſi
in ſua leuitate maneret. ¶ Ali
ud ſimile· ſed magis ſtupendum
vidit in conuentu neapolitano de
ipſo frater dominicus ſacriſta·
vir oratione deuotus actione ſolli
citus et virtute probatus· qui ali
as habuit viſiōes mirabiles. Qui
quidem frater aduertens ſanctū
thomam ſemper de camera ſui ſtu
dij ad eccleſiam ante matutinas·
et ne videretur ab alijs ad ſuam
cameram feſtinum redire· ſemel
ipſum curioſius obſeruauit· Et
accedens retro in capella ſancti ni
colai vbi fixus in oratione mane
bat vidit ipſum quaſi duobus cu
bitis eleuatū in aere. De quo diu
admirans ſubito audiuit de loco
ad quem predictus doctor conuer
ſus erat ad orandū cum lacrimis
huiuſcemodi vocem de ymagine
crucifixi· Thoma bene ſcripſiſti
de me· quā recipies a me pro la
bore mercedem? Qui reſpondit·
Domine nullam niſi te· Et tunc
ſcribebat tertiam partem ſumme
de chriſti paſſione et reſurrectio
ne· Et quia a domino fuit queſtio
facta de mercede· dabatur intelli
gi in propinquo labori ſuo termi
num fore imponendum· Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

enim ex mandato domini grego
rij decimi iret ad coucilium gene
rale tranſiens per campaniam ce
pit langueſcẽ ⁊ pene pdẽ totalit̃
appetitũ · vadenſqꝫ circa monaſte
rium foſſenoue ordinis ciſtercien
ſis · inuitatus deuote ad predictũ
monaſterium declinauit · vbi decũ
bens rogatus a mõachis ipſis ex
poſuit cantica canticorum · vt ī cã
ticum celeſtis glorie tranſiret ſtu
dium eccleſiaſtice diſcipline. Stel
la etiam quaſi cometa viſa eſt in
aere per triduum ſupra dictũ mo
naſterium · ſimul qꝫ cum ipſis diſ
parens eius tranſitum preſigna
uit · Mortalitatis itaqꝫ terminuꝫ
imortalis vite cõtinuauit initio ·
Anno domini milleſimo ducenteſi
mo ſeptuageſimo quinto · vite ve
ro ſue quinquageſimo inchoante
Tunc frater reinaldus predicans
tale perhibuit teſtimonium veri
tati Ego ſancti iſtius frequenter
et nunc confeſſionem generalem
audiui ⁊ ipſũ ſemper ſicut pueruꝫ
quinqꝫ annorũ inueni Quia nun
q̃ ſue carnis ſenſit contagiuꝫ nec
habuit alicuius mortal̃ criminis
in voluntate conſenſum · Multis
in vita ⁊ poſt morteꝫ effulſit mira
culis ¶ Nam frater quidam deuo
tus vidit in hora tranſitꝰ ſui ſem̃
doctorem in ſcolis legenteꝫ ⁊ bea
tum paulum ad ipſum intranteꝫ
A quo dum ſanctus peteret an in
epiſtolis ſuis verum intellectũ ha
buiſſet . reſpondit q̃ ſic · quan
tum viuens in corpore poteſt ha
bere Et adiecit · Volo vt mecum
venias ⁊ ducam te ad locuꝫ ī quo
clariorem habebis in omnibus in
tellectum Et per cappam cepit eũ
ducere extra ſcolas · Tunc dictus
frater clamauit ita vt alios exci
taret dicẽs · fratres ſuccurrite ·
quia frater thomas tollit̃ a nob̃ ·
Et inuentum eſt q̃ tranſijt illa ho
ra ¶ Frater albertus de brixia
vir deuotus cum ad altare beate
virginis oraret cum lacrimis · vi
gilans vidit duas perſonas ſplen
didas vnam in pontificali · aliam
in habitu fratrum predicatorum
reuerendas · Habebat autem per
ſona ordinis predicatoruꝫ coronã
auream et duas aureolas · vnam
argenteam · aliam auream · et in
pectore gemmam magnaꝫ que ec
cleſiam illuſtrabat · In cappa vẽo
inſertos per totum habebat lapi
des precioſos · et candore niueo
ſplenduit cum tunica ſcapulari ·
Admiranti igitur fratri . dixit pon
tifex venerandus . Ego ſum augu
ſtinus miſſus ad te · vt tibi indicẽ
gloriam fratris thome de aquino
qui hic mecum eſt · Ipſe enim mi
chi in gloria eſt equalis . ſed virgi
nitatis aureola me precellit · et e
go ipſum in pontificalis ordinis
dignitate · ¶ Poſt lapſum ve
ro temporis cum ſepulchrum eiꝰ
apertum fuiſſet ſemel ex certis ca
ſibus · et poſt hoc ad ſeptennium
ſecundario · inuentuꝫ eſt in omni
bus membris integrum corpus
eius virgineum in habitu ordinis
predicatorum · cappa ſcilicet ſca
pulari ⁊ tunica ſimiliter incorrup
tis · ſicut fuerat ante poſitum in ſe
pulchro · in nullo penitus immu
tatum · de quo odor iocundiſſimꝰ
ſuauitate mirabil̃ exalabat · Qui

v

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

ſic per totum ſe diffudit clauſtrū
q̄ ad ipſum nullo alio indicante
diuinitus excitati monachi cōue
nerunt. vt non videretur fuiſſe de
functi humanī corporis ſepultura.
ſed multorum aromatū apotheca

De ſancta elizabeth.
Hyſtoria. clxxxviii.

Elizabeth illuſtris regis
vngarie filia nobilis ge
nere. ſed fide ac religio
ne nobilior. ſtirpem tam nobilem
nobilitauit exemplis. illuſtrauit
miraculis. et decorauit gratia ſā
ctitatis. quā autor nature ſuper
naturaȝ quodāmodo extulit. dū
puella regalibus nutrita delicijs
omnia puerilia. aut omnino con
tempneret. aut eadem in dei ob
ſequium manciparet Vnde liqui
do claret tenera eius infantia q̄n
ta ſimplicitate viguit. quam dul
ci deuotione incepit. Ex tūc ſiqui
deȝ cepit bonis aſſueſcere ſtudijs.
ludos ſpernere vanitatis. ſucceſſ9
proſperos mundi fugere. ſemper
in reuerentia dei eſſe. ¶ Cum
enim adhuc eſſet quinquennis.
in eccleſia orandi gratia tam ſedu
la permanebat. vt inde eam eius
ſodales vel ancille vix valerent a
uellē. Quā cum ancille vel coeta
nee obſeruarēt aliquādo illas cau
ſa ludi verſus capellam inſequi vi
debatur. vt ex hoc intrādi ecclīaȝ
oportunitatem captaret. Quam in
grediēs genua flectebat aut pa
uimento totaliter incumbebat.
Et licet lrāȝ peritiā non haberet
tamen corā ſuis ocul' ipā ſepe pſal
terium expandebat. vt quodam
modo legere ſe fingeret ne velut
occupatā eaȝ quis impediret. Se
quoq̧ cum puellis ad terram pro
ſtratam ludi ſpecie menſurabat.
vt ſub tali occaſione deo reueren
tiam exhiberet. ¶ In ludo eti
am anulorum et alijs ludis ſpem
totam in deū ponebat. Et ex hijs
que puella paruula lucrabat᷑. vel
alias peculiarit᷑ poſſidebat puellis
paupercul is decimas exhibebat.
inducens eas vt ſepe orationeȝ do
minicam dicerent. et crebro bea
tam virginem ſalutarent. ¶
suit ei dicens: Ille serus qui portat que-
rimoniam nostram est scriptura et ideo hu-
ius pars quod remanet sedi a regno.
Qui ligna incidit homo est in peccatis
et pro eo ut agat penitentiam non subtrahit
de peccatis sed addit iniquitates iniquitatibus.
Qui autem aquam haurit homo est
bona opera faciens: sed quia in eis se
miscet mala perdidit opera sua. Vesspe
sabbati veniente die dominica relinquebat
opera sua penitus plenarie et extendebat
manus suas ad celum donec mane
die dominica sol ascendens facierum eius
illustrabat et sic residebat

De sancto Pelagio

Pelagius papa multe
sanctitatis fuit ac in
pontificatu laudabiliter
se gessit. Tandem plenus bonis operibus
in pace quievit. Non fuit autem
iste pelagius predecessor sancti gregorii sed
alius ante ipsum. Huic autem Pelagio
successit Johannes tercius Johanni Benedictus
Benedicto Pelagius Pelagio Gre-
gorius. Tempore quoque huius pelagii lon-
gobardi in italiam venerunt. Et quia
multi hanc historiam ignorant hoc
hic eam inserendam decrevi prout in his-
toria longobardorum quam Paulus lon-
gobardorum hystoriographus compilavit
et in diversis libris et cronicis expla-
nata habetur. Gens enim quedam extitit
germanica plurimum populosa que de
litoribus oceani parte septentrionali egres-
sa cum de scandinavia insula pro bellorum
multa clamata diversis terris et civitatibus
tandem pannoniam devenissent ultra non
audentes procedere sibi in ea perpetue habi-

tationis sedem statuunt. Hii primo winili
postea longobardi appellati sunt. Dum
autem adhuc residerent in germania Agelmundus
rex longobardorum septem pueros simul proiectos
a meretrice ad necandum piscine invenit
quos uno partu eadem meretrix ediderat.
Cumque eos rex casu respiceret eos hasta
commovens revolvit unus eorum hastam
manu tenuit. Quod rex videns et
stupens mirum fore et lamissionem
vocavit magnum eum esse futurum pro-
nuncians qui tante probitatis extitit.
Qui mortuo rege longobardi eum regem
fecerunt. Per idem tempus scilicet anno
domini ccccxx dum quidam episcopus arrianus
ut ait Eutropius quendam nomine barna-
bam baptizare vellet dixit: Baptizo
te barnaba per filium in spiritu sancto. Filium
et spiritum sanctum minores patre per hoc ostendere
volens subito aqua disparuit et bapti-
zandus ad ecclesiam confugit. Post hoc lon-
gobardis prefuit quidam rex nomine
Albuinus vir quidem fortis et stre-
nuus qui cum rege Gubitanorum plu-
rimum contra eum conveniunt et regem
interfecit. Quia post filius suus regnum
conferri qui sibi in regno successerat
in ultionem patris sui contra Albuinum
manu armata processit contra quem
Albuinus exercitum suum movit et ipsum
superans interfecit filiam suam nomine
Rosimundam captivam duxit et uxorem
accepit. Deinde et de capite ipsius regis
cuppam sibi fecit quam argento circum-
datam in die bibebat. In illis autem
diebus Justinus minor imperium guber-
nabat. Cum quidam princeps Romanorum
clarum habebat qui dicebatur Narses vir quidem
nobilis et strenuus. Qui cum gothos qui
italiam invaserant prudenter superasset
et regem eorum totilam flagellum dei vocatum

et universam ytaliam pacatam redderet. Qui
pro magnis beneficiis magnam invidiam incurrit
a romanis. Denique apud imperatorem falso
accusatus a prefato imperatore depositus est.
Uxor quoque imperatoris nomine Sophia huic
eunucho sibi misit quod eum inter ancillas
suas faceret filare et lanam pensare
dicitur. Ad hec verba narses respondet
Et ego talem telam tibi ordiri incipiam
quam dum vixeris deponere non valebis.
Neapolim ergo narses secedens longo-
bardis mandavit ut paupertina panno-
nie rura desererent et ad ytalie fertilissi-
me solum possidendum confluerent. Unde
mediante albuino pannonia deserta
et ab anno domini ... cum longobardis
ytaliam intraverunt. Erat autem eis consuetudo
longas valde barbas deportare. Unde
cum quadam vice ut aiunt exploratores
ad eos venire deberent precepit albuinus
ut omnes mulieres solutis crinibus circa
mentum circumducerent ut barbati homines
ab exploratoribus crederentur. Et inde
longobardi a longis barbis primum sunt
vocati. Barda enim in eorum lingua bar-
bam sonat. Alii dicunt quod cum primo cum
wandalis pugnaturi essent et ad quandam
que habebat spiritum phitonis accessissent
ut pro eorum victoria exoraret et eis
diceret de consilio uxoris mane fenestram
in qua mane ad orientem aspiciebat se po-
suerunt et mulieres circa mentum crinium
decus capillos de eius consilio preposuerunt.
Cum ergo ille fenestram aperiens eos vi-
disset exclamavit. Qui sunt isti longobar-
di. Et uxor sua dixit ut quibus nomen
dederit victoriam donaret. Ingressus ergo
ytaliam omnes pene civitates cepit
civitatibus habitatoribus interfectis. Papiam
autem tribus annis obsessam tunc cepit.
Rex autem albuinus mandaverat se omnes
papienses occisurum. Unde cum papiam
intrare deberet equus eius in porta
civitatis genua figens concidit

calcaribus urgetur surgere non valebat
quousque ad memoriam votum quod fecerat iter
iuramentum mutavit. Mediolanum quoque
longobardi ingressi totam pene ytaliam
infra breve spacium temporis subiugaverunt
preter romam et romaniolam que romanio-
la vocata est quasi altera roma eo quod sem-
per rome semper adhesit. Cum quoque rex
Albuinus verone esset et quoddam mag-
num convivium preparasset ciphum suum quem de
capite regis fecerat afferri faciens
cum eo bibit et uxori sue nomine rose-
munde de eo fecit bibere dicens. Bibe
cum patre tuo. Quod cum rosimunda didi-
cisset dolorem magnum cordi regina concepit.
Erat autem regi dux quidam qui quandam
domicellam regine carnaliter cognoscebat.
Ad reginam absente rege quadam nocte
ancille sue cubiculum ingressa pro dicta
ancilla sue mandavit ut
dux ad ipsam ancillam debet accedere. Cum
ad se illa nocte debet accedere. Cum
cum venisset regina pro ancilla se suppo-
suit et peracto dixit ei. Nosti quis
sum et quid cum ipsa dixit. Sum ille se esse amicum suum dixit.
illa autem nequaquam sed sum rosimunda.
Certe tale crimen hodie perpetrasti quod aut
albuinum occidere aut eius gladio interi-
bis. Volo ergo ut de viro meo qui
patrem meum occidit et de eius capite
ciphum faciens me ex eo bibere fecit
vindictam facias. Cum ille
me debeas vindicare. Cum ille
non acquiesceret alium tamen se inventurum
promisit qui hoc negotium perageret. Unde
illa arma subtrahens spatam illius que
ad lectuli caput ne tolli aut
evaginari posset fortiter colligavit.
Cum ergo rex in strato dormiret horam
meridianam cubiculum intrans conatum
... de strato exsilit
et spatam arripiens si extrahere non
posset cum scabello virili se defen-
dens de capite. Quam ille exponens ipsa arma
suis in regem irruit et occidit in

Accipiens ergo Vrmisor thesaurum
palatii cum Rosimunda in Ravennam
aufugit. Ibi cum Rosimunda quendam
iuvenem pulcherrimum prefectum scilicet Raven-
ne vidisset ipsum in virum habere deside-
rans venenum viro in calice propinavit.
Cumque amaritudinem ille sentiret ubi
vino cum residuum biberat. Cum ad hoc re-
cusaret ille evaginato gladio eam bibere
coegit et sic ambo ibidem perierunt.
Tandem vero quidam longobardorum rex nomine
Adalaud baptisatus est et fidem Christi
suscepit. Hic et Theodelina longobar-
dorum regina christianissima et devota
apud Mediolanum pulcherrimum oratorium construxit.
Ad quam Gregorius libros dyalogorum trans-
misit. Cuius virum suum postea Agisul-
phum primo ducem taurinensem sed post-
modum longobardorum regem ad fidem convertit
et cum romanis imperio et ecclesia eum
habere pacem fecit. Unde in festo sancto-
rum Gervasii et Prothasii facta est pax
inter romanos et longobardos. Et ideo
Gregorius in eodem festo cantari constituit
in officio misse Loquetur dominus pacem in plebem.
In nativitate quoque Iohannis baptiste pre-
dicta pax et concordia amplius confirma-
ta fuit. Theodelina vero in beatum Iohannem
specialem devotionem habebat cuius meritis
gentem suam conversam ascribebat. Ecclesiam
autem apud Mediolanum et fabricavit.
Eodem tempore Iohannem Patronum
et desursum esse eundem pro sancto re-
velatum fuit. Gregorio successit
ei Sabinianus et Sabinus. Bonifacius 3us.
Et Bonifacius 3us. Bonifacius 4us. Ad
cuius preces Focas imperator donavit
ecclesie Christi Pantheon circa annos domini
DCX. Et ad preces tertii Bonifacii pri-
mus statuit romanam sedem esse capud
omnium ecclesiarum. Nam ecclesia Constantino-
politana se primam omnium ecclesiarum
scribebat. Huius Bonifacii tempore fo-
cta et ... circa annos domini

DCX. Machumet pseudo propheta et
magus agarenos sive ysmaelitas et
saracenos hoc modo decepit sicut legitur
in quadam hystoria ipsius et in quadam cro-
nica. Clericus quidam valde famosus cum
in romana curia honorem quem appetebat
assequi non potuisset indignatus ad partes trans-
marinas confugiens innumerabiles sua si-
mulatione attraxit ad se. Inveniensque
Machumet dixit ei quod eum illis prelatum
preficere vellet. Nutriensque columbam
grana et huiusmodi in auribus Machu-
met ponebat. Columba autem super eius
humeros stans de auribus eius cibum su-
mebat sicque ita assuefacta erat quod quan-
documque Magumeth videbat protinus
super humeros eius prosiliens rostrum in eius
aure ponebat. Predictus igitur vir populis
convocatis dixit se illum sibi velle prefi-
cere quem spiritus sanctus in specie columbe monstraret.
Utque columbam secreto emisit et illa
super humeros Magumeth qui cum aliis
astabat evolans rostrum in eius aure
apposuit. Quod populus videns spiritum
sanctum esse credidit qui super eum descen-
deret et in eius aure verba dei inspiraret.
Et sic Magumeth saracenos decepit.
Cum sibi adherentes regnum persarum ac
orientalis imperii fines usque ad Alexan-
driam invaserunt. Hoc quidem vulgariter
dicitur. Verius est quod inferius habetur.
Magumeth quoque legem confingens
... a spiritu sancto quem in specie columbe
... sepe videntes populo super eum volabat
se recepisse mentiebatur. In quibus quedam
de utroque testamento inseruit. Ita cum
primeva etate mercimonia exerceret et
apud Egyptum et Palestinam cum camelis
pergeret cum iudeis et christianis sepe con-
... a quibus tam vetus quam novum
didicit testamentum. Unde ...
iudeorum ... saraceni et ...
... non comedunt. Cuius ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

[illegible]

ne vellet assignare dixit quod christus fuit came-
lo peccatorum diluuium fuit procuratum et
is tamen immediate modo [illegible]
Christianis autem quenunt quod credunt
unum solum deum omnipotentem omnium creatorem
Asserit etiam prophetas predicta vera quedam
falso immiscens quod moyses fuit magnus
propheta sed christus maior et summus prophetarum
natus ex virgine virtute dei absque semine
hominis. Ait quoque in suo alcharano quod
christus dum esset puer esset de limo terre
volucres procreauit sed veneno immis-
(sed) ... cum non de passione uel de re-
surrectione quia christus non sit passus nec de re-
surrexisse dixit sed alium hominem quendam
sibi similem legisse uel passum et mortuum.
Cuidam autem matrona nomine Cadiga
que preerat cuidam prouincie corozama nomine
videns hominem iudeorum et saracenorum
gubernio vallatum estimabat in illo
maiestatem diuinam latere. Et cum esset
vidua ipsum in maritum accepit. Et
sic Machumet totius illius prouincie
principatum obtinuit. Ille autem suo
prestigio non solum dominam predictam sed
et saracenos etiam decipiebant ut
se messiam in lege promissum publice
faterentur. Post hoc machumet cepit
frequenter cadere in epilenticam passionem
quod Cadiga cernens plurimum tris-
tabatur eo quod impurus et epilenticus
homo nupsisset. Cui ille placare de-
siderans talibus eam sermonibus demul-
cebat dicens Gabrielem archange-
lum frequenter mecum loquentem contemplor
Et non ferens splendorem vultus eius
in me deficio et cado. Credidit sic esse
mulier et ceteri crediderunt. ¶
Alibi tamen legitur quod fuit quidam
monachus qui Machumetum instruxit
nomine Sergius qui in errore Nesto-
rii pendens dum monachis fuisset ex-
pulsus in arabiam venit et machu-

meto adhesit. Licet alibi legatur quod
fuit archidiaconus in ... anthio-
chie de genere et fuit ut asserunt
iacobita qui circumcisionem predicauit
christum non deum sed hominem tamen iustum
et sanctum de spiritu sancto conceptum
et de virgine natum affirmant que
omnia saraceni credunt. Predictus ergo
Sergius machumetum de nouo et
veteri testamento ac plura edocuit.
Machumetus uero utroque parente or-
batus sub patruo suo cura puericiae
annos agebat. Multo tempore
cum vniuersa gente sua arabum ydolorum
cultum deseruit quemadmodum in
alcharano suo testatur deum sibi dixisse
Orphanus fuisti et suscepi te
in ydolatria errore diu mansisti et inde
eduxi te pauper eras et locupletauit
te. Vniuersa enim gens arabum cum
machumeto veneris pro dea colebat
Et inde est quod adhuc sexta feria apud
saracenos in magna veneratione habetur
sicut apud iudeos sabbatum et apud
christianos dies dominica colitur. Ma-
chumetus ergo predicte Cadige viduae
locupletatus diuitiis in tantam proruperit
mentis audaciam ut regnum arabum
sibi regnare et vsurpare. Sed cum videret
se per violentiam assequi non valere maxime
cum a contribulibus suis quia eos maior
fuit ... despiceretur prophetam se fingere
voluit Et quos non poterat subiugare
per potentiam falsa per sanctitatem attrahere
et fallacia. Predictus Sergius
vir valde prudens consilio ...
... ipsum enim absconditus manens fa-
bat ipsum et abeo ... et populo
... referebat ac gabrielem archangelum
... nominabat. Et sic Machumetus
... illius gentis propheta se simulans
obtinuit principatum omnibusque sibi

spontanee vel timore gladii crediderunt. Predicauit quoque Sergius cum Machometo se velle ut Saraceni monachalem habitum uestirentur scilicet cuculla sine capucio et ut istius modi monachorum multas et ordinatas genuflexiones facerent et ordinate valde orarent. Et quia Iudei versus occidentem, Christiani vero versus orientem orabant, voluit ut ipsi versus meridiem orarent. Circumcisionem quoque Saraceni observant. Multas autem leges Machometus promulgavit quas Sergius eum docuit quarum multas de mosayca lege accepit. Sepe namque Saraceni se lavant et maxime cum orare debent verenda sua manus brachia os et omnia membra corporis abluunt ut mundi orare possint. Orationes autem unum continentur deum qui nullum equalem vel similem habet prophetamque Machometum. In anno quemdam integrum mensem ieiunant. Ieiunantes autem noctis tempore comedunt, diurno non ieiunant, ita ut ab illa hora diei qua incipit ab albo distinguere nigrum filum usque ad solis occasum nemo comedere vel bibere vel se cum uxoribus commixtione fedare audeat. Post solis occasum usque ad sequentis diei crepusculum semel licet eis cibo et potu et propriis uxoribus uti. Infirmi autem ad hoc non obligantur. Semel autem per singulos annos causa recognitionis ad domum dei que est in Mecha ire precipiuntur et ibi adorare circa eam inconsutilibus tegumentis induti et lapides per media femora post dorsa lapidando iactare, quam domum Adam dicunt construxisse et ibi filios eius et Abraham et Ismahelem oratorium fuisse. Deinde Machometo eam domum sibi et suis gentibus tradidisse affirmant. Omnes carnes preter porcinas sanguinem et morticinia comedere possunt. Quatuor legitimas uxores simul eis habere licet et qualibet earum ter repudiare et recipere. Ita tamen ut quaternarium numerum non transcendat. Concubinas vero atque captivas quot voluerit habere licitum est et eas vendere potest cum voluerit nisi earum aliquas impregnassent. Conceditur eis de propria cognatione habere uxores ut semen nimis plus accrescat et [illegible] ipsorum amicitie vinculo astringatur. Cum possessiones [illegible] deficiat ut actor testibus probet et reus iuramento se expurget innocentem. Cum adulterio deprehensi cum ea pariter lapidantur. Cum alia autem fornicantes lxxx verberibus plectuntur. Machometus tamen dixit sibi a domino angelo Gabriele nunciante fuisse concessum quod ad aliorum uxores accedere posset ut viros virtutis et prophetas generaret. Quidam autem servus eius cum uxorem pulchram haberet et sibi ne cum domino suo loqueretur interdixisset, quadam die ipsam cum eo loquentem invenit et primum eam a se reiecit. Quam Machometus recipiens inter alias uxores suas connumeravit. Timens autem ex hoc murmur populi cartam sibi de celo delatam confinxit in qua continebatur quod si quis uxorem repudiaret eius esset uxor qui eam suscepisset. Quod Saraceni usque hodie pro lege observant. Fur autem prima et secunda vice verberibus plectitur, tertia manus eius preciditur, quarta pedis truncatione punitur. A vino semper abstinere iubentur. Servantibus hec et alia legis mandata promisit deus ut asserunt paradisum id est ortum deliciarum aquis preterfluentibus irrigatum in quo sedes habebunt perpetuas, nec frigore nec estu aliquo affligentur, omnibus ciborum vescentur generibus, quicquid appetierint coram se statim invenient, sericis vestimentis omnibus coloribus induentur et virginibus speciosissimis commiscebuntur. In deliciis omnibus abundabunt. Celestes angeli pincernarum more cum vasis aureis et argenteis

vinum defluere et discurrere. Comedunt
et bibunt in lectica scilicet flumina scilicet lactis
mellis et vini optimi diversa aromata
etc. Ibi dicit Machometus in paradiso
et quod pulcherrimos angelos sit visurus
et tante magnitudinis quod ab uno oculo an-
geli usque ad alium sit spacium itineris
unius diei. Non credentibus in deo et
Machometo erit ut asserit infernalis
pena sine fine. Quibuscumque autem peccatis
quisque obligatus fuerit si crediderit deo
et Machometo tempore mortis in
die iudicii Machometo interveniente
ut asserit salvus erit. Hunc pseudo-
prophetam Saraceni rebus mendacium spiritum
prophetie super omnes habuisse affirmant
et decem angelos sibi faventes et
eum custodientes habuisse fatentur.
Dicunt quoque quod antequam deus celum et
terram creasset nomen Machometi in
conspectu dei astabat. Et nisi Machome-
tus futurus fuisset nec celum nec terra nec
paradisus fuisset. Mentiuntur quoque de eo
quod luna ad eum accessit quam ille in
sinum recipiens in partes duas divisit
et iterum coniunxit. Venenum insuper in cena
sibi in agnina oblatum fuisse dicunt;
agnus autem locutus est ei dicens: Cave
ne sumas quia in me habeo venenum
et tamen post plures annos veneno sibi
tributo interiit. ¶

Redeundum nunc ad Longobardorum histo-
riam prosequendam sicut se habent. Longo-
bardi regno Romano imperio plurimum mo-
lesti erant licet fidem Christi recepissent.
Post hoc autem Pipinus princeps maioris
regie domus Francorum defunctus est.
Cui successit Karolus filius eius qui Tu-
tides appellatur. Qui multas victo-
rias faciens reliquit duos filios suos
de aule regie principes scilicet Carolum
magnum et Pipinum. Sed Carolus mag-
nus corona seculi pompa Cassinensis monachus
est effectus. Pipinus autem aulam regiam stre-
nue gubernabat. Sed cum Childericus rex esset
inutilis et consuluisset Pipinus Zacha-
riam papam an ille debet esse rex qui solo
nomine regio erat contentus, cui papa respondit
illum debere rege vocari qui bene rem publicam
regeret. Unde Franci Childeri-
cum regem in monasterio recluserunt et Pipinum regem
creaverunt circa annos domini DCCXL. Verum
cum Astulphus rex Longobardorum ecclesiam
Romanam suis possessionibus et dominio spo-
liasset, Stephanus papa qui Zacharie suc-
cesserat ad Pipinum regem Francorum contra
Longobardos auxilium petiturus accessit.
Pipinus autem copioso congregato exercitu
in Italiam venit et Astulphum regem
obsedit. A quo XL obsides accepit ut
ecclesie Romane omnia propria que abstulerat
redderet et nequaquam amplius non inquietaret.
Sed recedente Pipino Astulphus to-
tum quod promiserat irritum fecit. Cum
hic quodam die
tamen per iudicium dei venatum pergeret
subito exspiravit et Desiderius eidem
successit. ¶ Circa annum domini DC-
XL Dagobertus rex Francorum ut in
quadam chronica legitur qui longe ante
Pipinum regnaverat a sua pueritia
sanctum Dionysium in magna veneratione
habere cepit. Nam quando Lotharium patrem
suum iratum timebat ad ecclesiam sancti
Dionysii fugiebat. Cum ergo factus rex
mortuus fuisset cuidam sancto viro
in visione monstratum est quod anima eius
ad iudicium rapta fuit et multi san-
cti ei obiciebant quod ecclesias
suas exspoliaverat. Cumque mali angeli eam ad
eternas penas rapere vellent affuit beatus
Dionysius et intervenientia eius liberata est
et penam evasit. Forte autem anima eius
ad corpus rediit et ibi penitentiam egit.
Clodoveus rex corpus sancti Dionysii
irreverenter discooperiens os brachii
eius fregit et cupide rapuit qui
mox in amentiam versus est. ¶

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
172 A 2

Circa annos domini dcc.xxxiiii Beda
venerabilis presbiter et monachus in anglia
claruit qui licet katalogo sanctorum
conscriptus sit tamen ab ecclesia non sanctus sed
venerabilis appellatur. Et hoc duplici
de causa. Prima est quia nimia senectute
eius oculi caligassent habebat ut
aiunt quendam ductorem a quo per villas
et castella se duci faciebat et ubique
verbum domini predicabat. Qui quadam vice
duci per quandam vallem lapidibus plenam
fuisset eius discipulus derisionis causa
eidem dixit quod ibi esset magnus populus
congregatus qui eius predicationem silenter
et avide expectabat. Tunc ille fer-
venter predicare incipiens cum in fine
per omnia secula seculorum conclusisset mox ut
aiunt alta voce lapides clamaverunt
Amen venerabilis pater. Quia igitur
eum venerabilem miraculose ipsi lapides
vocaverunt ideo venerabilis presbiter appellatur.
Vel ut alii asserunt ei angeli ipsi
dixerunt Bene venerabilis pater dixisti.
2a causa est quia post eius mortem quidam
clericus sibi devotus quendam versum dicere
incipiebat quem in eius tumulo facere
sculpi volebat ita incipiens Hac sunt in
fossa videns versum taliter sonare Bede
sancti ossa. Et quia pede sine versus
congruitas non parebat et sedula men-
te revolveret nec congruum sibi videret
dictum quadam nocte multum super hoc cogitans
mane ad tumulum properasset angelicis
manibus versum taliter reperit sculptum et
firmatum Hac sunt in fossa Bede venerabilis ossa
Cuius corpus apud ianuam congrua devo-
tione colitur. ¶ Per idem tempus
sub anno domini dcc.xx Radbodus
rex Frisonum cum baptizari deberet et iam
unum pedem in lavacro tinxisset aliud
retrahens interrogavit Ubi maior plures
maiorum suorum essent in inferno an in
paradiso. Et audiens plures esse in inferno

intinctum pedem retraxit. Dicens sanctius est
sequi plures quam paucos sequi. Et
ita ludificatus a demone promittente ei
quod tercia die ab hinc incomparabilia bona
sibi daret ipse quarta die subita et eter-
na morte periit. ¶ In campania
ytalie frumentum ordeum et legumina
instar pluvie de celo cecidisse refertur.
¶ Per idem tempus cum corpus sancti
benedicti de monte cassino ad monasterium
floriacense et corpus sancte scolastice
sororis eius apud cenomanis fuisset
translatum karolus magnus monachis cassinensibus
corpus sancti benedicti ad castrum cassi-
num transferre volebat sed miraculis a deo
ostensis et signis est festinabiliter prohibitus
fuit. ¶ Eo tempore sub anno domini dcc.
l terremotus magnus factus est quo urbes
alique sunt subverse alie a montanis
ad subiecta campestria cum muris et
habitaculis suis integre et salve
ultra sex miliaria translate fuerunt. ¶
Corpus sancte Petronille Petri apostoli
filie transfertur. In cuius sepulchro mar-
moreo ipsius petri manu scriptum lege-
batur Aurea Petronille dilectissime
filie. Claruit autem Dionysius. Eo tempore
tercia armenia infestat in quorum parti-
bus cum pestilentia fuisset suasu cuius-
dam nostri in modum crucis sua capita tonso-
rie. Et quia post hoc fuit salus reddita
est hic tondendi consuetudo cum
Pipinus tandem post multos triumphos de-
functus karolus magnus eius filius eidem
successit. Cuius tempore in tota sede adrianus
pontifex presidebat. Qui ad karolum
legatos misit postulans ab eo auxilium
contra Desiderium regem longobardorum qui
mala patris sui Astulphi ecclesiam
plurimum infestabat. Cum karolus audiret
magno congregato exercitu per montem ce-
nisium ytaliam intravit et papiam civi-
tatem in regno potentem obsedit et ibi
desiderium cepit cum uxore filiis et

principibus ad gallias in exilium misit et
omnia iura ecclesie que longobardi abstu-
lerant sibi restituit. Karolus autem rex in expeditione
Karoli Amicus et Amelius sancti milites Christi
qui ibi mortui ... sepeliuntur
apud Mortariam ubi longobardos Karolus
superavit ceciderunt et hinc finitum
est regnum longobardorum. Karolus et deinceps
ipse illius regni habebat que tributis
sibi dabat. Proficiscente Karolo Romam
papa synodum cliii episcoporum congregavit
in qua synodus ipsa ius eligendi pontificem
romanum et ordinandi apostolicam
sedem Karolo dedit. Archiepiscopos quoque
et episcopos per singulas provincias ab eo consecrari
ab ipso investituram accipere diffinivit.
Filii quoque eius Rome in reges in-
unguntur. scilicet Pipinus super ytaliam Alcuin
Ludowicus super aquitaniam. Alchuinus
magister Karoli tunc floruit. Pipinus
Karoli filius de concubina contra patrem coniurans
in monasterio tondetur.

Circa annos domini dcclxxxii tempore Hy-
rene imperatricis et filii sui nomine Consta-
ntini homo quidam in longis muris Tra-
cie fodiens invenit in quadam archa [illegible]
invenit archa lapidea quam cum expur-
gasset virum iacentem invenit et lit-
teras tales continentes. Christus nascitur
ex Maria virgine et credo in eum. Sol sub Con-
stantino et Hyrena imperatoribus O sol
iterum me videbis. Defuncto Adriano
Leo in romana sede sublimatus est vir per
omnia venerabilis. Cuius sublimationi propinqui
Adriani [illegible] ferentes cum letanias ma-
iores ageret cum eis proelio [illegible] ei ocu-
los eruerunt et linguam presciderunt. Deo
reddente mirabiliter linguam sibi et visum
restituit. Tandem ad Karolum confugiens
fecit. Ipse eum in sede sua collocavit et
eos punivit. Romam quoque Karolus veniens
papa anno domini dcclxxxiiii [illegible]

imperio constantinopolitano unus omnium consensu
imperatorias laudes Karolo acclamavit
eumque per manum Leonis imperatoria coronat
et cesarem et augustum appellat. Post
Constantinum enim magnum imperiales sedes
apud Constantinopolim habebantur pro eo quod
Constantinus romana sede vicario
beati petri reliquit et apud Bizantium
urbem sedem sibi ordinavit. Deinde [illegible]
ex dignitate imperatoris romani [illegible]
pati sunt usque ad illud tempus quo romanum
imperium ad reges francorum translatum est.
Postea vero illi grecorum sunt constantino-
politani. isti vero romanorum imperatores vo-
cati sunt. Hoc autem de tanto imperato-
re fuit mirabile quod nulla filiarum suarum
[illegible] voluit coniugio copulari.
Dicebat enim earum contubernio carere
non posse. Et ut alchuinus eius magi-
ster de eo scribit licet alias felix esset
in hoc adverse fortune malignitatem expertus
est. Sane declarat quod super hoc dicere
vellet. Tamen ita imperator dissimulavit
ac si de eo nulla suspicio haberetur
[illegible] de hoc nullus sermo fiet. [illegible]
et quoniam [illegible] semper [illegible]
[illegible] Huius Karoli tempore officium
ambrosianum dimissum est et [illegible] gregorianum
sollempniter divulgatum imperiali
auctoritate plurimum adiuvante. Am-
brosius namque ut testatur Augustinus in libro confes-
sionum a Iustina imperatrice arriana perse-
cutus et mater ecclesia
cum plebe catholica [illegible] excubias ageret
ymnos et psalmos constituit secundum morem
orientalium decantari ne populus tedio
contabesceret et primo fuit per ecclesias
[illegible] Deinde Gregorius
primo [illegible] plura mutavit
addidit et detraxit. Tamen [illegible]
[illegible] ad apostolicam [illegible]

pronuntia unde ponuntur secundum quod divisa
ordinaverit. Ita missa in primis tres lec-
tiones habuit. Introitus autem misse
a Leone sicut dicitur in psalmo secundum fit. [illegible]
[illegible] Celestinus papa [illegible] ad introitum
misse cantari instituit. Gregorius vero
introitum misse cum antiphona ordinavit et
versus de illo [illegible] qui tunc antiphonam re-
tinuit. Psalmos autem et cetera in modum
circumstantes [illegible] genuflectant et inde
[illegible]. Hec Flavianus et Theodorus
[illegible] instituerunt ab Ignatio
[illegible] qui sic [illegible] sunt edocti.
Iheronimus vero epistolas et evangelia et ex
magna parte divina officia et nocturna
[illegible] cantum ordinavit. Gelasius et
Gregorius orationes et cantus addiderunt
et lectionibus et evangeliis. Gradualia
cantum et alleluia Ambrosius Gelasius et
Gregorius ad missam cantari instituerunt.
Hylarius addidit ad gloriam in excelsis deo
laudamus te et cetera que sequuntur. No-
therus abbas sancti Galli sequentias
pro neumis ipsius alleluia primus composuit.
Sed Nicolaus papa ad missam eas cantari
concessit. Hermannus contractus theutonicus
fecit Rex omnipotens die hodie, Sancti
spiritus assit nobis gratia, Ave maris [illegible] Et
[illegible] Alma redemptoris. Et Simon
bariona. Petrus vero de compostella episcopus
Caroli dispositio fecit Salve regina. Karolus ut refert
Turpinus archiepiscopus erat corpore decorus
sed visu ferus, statura eius pedum viii.
[illegible] eius palmus et dimidius in longi-
tudine possidebat. [illegible] palmum
unius [illegible] erat unius [illegible] militem
armatum super equum sedentem a vertice
usque ad [illegible] spata scindebat.
Quatuor ferramenta equorum solis
manibus extendebat, militem armatum
[illegible] super manum suam a terra usque
ad caput suum sola manu elevabat.
leporem integrum aut duas

gallinas vel anserem comedebat, modicum
vini et lymphatum bibebat; tam parce
bibendo erat [illegible] in cena [illegible] plus
quam ter bibere solebat. [illegible] multa [illegible]
struxit et in fine [illegible] fecit.
Cui in imperio successit Ludovicus
filius eius vir clementissimus, qui regnavit
annis xxv. Huius tempore episcopi et clerici
cingula auro texta et exquisitas ves-
tes et alia ornamenta secularia deposuerunt.
Theodulphus Aurelianensis episcopus
falso apud imperatorem accusatus ab eodem
est custodie andegavis mancipatus.
Et autem ut in quadam chronica legitur,
in die palmarum processio [illegible] transiret
[illegible] ille aperta fenestra
[illegible] pulcherrimos illos versus
a se dictos. Gloria laus et honor tibi sit
[illegible] imperatorem cantavit. Cum [illegible]
imperatori placuerit quod ipsum a vinculis
[illegible] absolvit ac in sede sua restituit.
Legati Michaelis imperatoris constantinopolitani
[illegible] detulerunt
Ludovico filio Karoli magni libros
Dionisii de gerarchia de greco in latinum
translatos, qui [illegible] recepti
et mille [illegible] in ipsa
nocte [illegible] fuit. Ludovico
[illegible] Lotharius imperium tenuit
cum fratres eius scilicet Karolus et Ludovicus
bellum [illegible] tanta utrimque facta est
strages ut nulla etas meminerit tantam
aliquando fuisse in regno Francorum. Tandem
[illegible] Karolus regnat in Francia,
Ludovicus in Germania, Lotharius in Italia
et parte Francie que ab ipso Lotharingia
dicta est. Cum [illegible] Ludovicus [illegible]
filio imperium relinquens ipse habitum
monachalem accepit. Huius tempore ut in
quadam alia chronica dicitur, Papa
Sergius nativitate romanus qui primo
Os porci dictus est, sed mutato nomine
est Sergius. Ab illo tempore ordinatum est

ut omnes pape nomina mutant. Tum quia
dominus noster Jhesus quos in apostolatum elegit
nomina mutavit. Tum quia sicut muta-
tur in nomine sic mutari debent in vita
ipsa. Tum ne ille qui ad dignitatem assum-
ptus aliquo nomine indecoro nunc per-
hingledonia ipse sit. Anno domini
DCCCLVIII ut in chronica quadam habetur
in prochia maguntina malignus spiritus
parietes domorum quasi malleis pulsando
et manifeste loquendo et discordias se-
minando adeo homines infestabat ut quo-
cumque introissent statim domus illa ex-
urebatur. Presbiteris autem letaniam agentibus
et aquam benedictam spargentibus inimicus
lapides iactabat et multos cruentabat.
Tandem aliquantulum quiescens confessus est
se quando aqua aspergebantur sub cappa cuius-
dam sacerdotis quasi familiaris sui latitasse
accusans eum quod cum filia procuratoris in
peccatum lapsus fuisset. ¶ Per idem tempus
rex bulgarorum cum gente sua ad fidem
conversus tante perfectionis fuit ut maiore
filio in regnum ordinato ipse habitum
monachalem acciperet. Deinde cum eius filius
iuveniliter agens ad gentilitatis
cultum redire vellet, resumpta militia
persecutus eum fuit et cepit. Effossis
oculis in carcere trusit; et in regnum
statuto filio minore habitum sanctum re-
sumpsit. ¶ In italia apud brixiam
tribus diebus sanguis de celo pluisse
narratur. ¶ Per idem tempus locuste
mirabiles in gallia apparuerunt senas
habentes alas sex pedes duos dentes
lapidibus duriores ut castrorum acies
turmatim volantes spacium diurni
itineris iiii aut v miliaribus extenden-
tes omnia viridia in herbis et arboribus
vastantes. Que usque ad mare britannicum
pervenientes tandem flante vento in pro-
fundum maris demerse sunt; sed estu
oceani ad litora reiecte ~~sunt~~ ex putre-

dine sua aerem corruperunt unde
mortalitas magna et fames prevalui-
da est secuta ita ut fere tercia pars hominum
interierit. ¶ Demum primus otto imperavit
annis xi. DCCCC. Dum autem in pas-
chali solempnitate dictus otto cum principibus
quibusdam paracissent antequam sederent cuius-
dam principis filius more puerili fer-
culum de mensa accepit quem dapifer
fuste prostravit. Quod cernens pedago-
gus pueri ipsum dapiferum in mensa per-
emit. Quem cum sine audiencia cesar co-
dempnaret velud ille cesarem ad terram
deiecit et suffocare cepit. Cum vix de
eius manibus vix ereptus fuisset ipsum
reservari iussit se inculpabilem clamans
quod festo non deferret vitam ipsius libe-
rari permisit. ¶ Ottoni primo successit
otto secundus. Hic dum ytali pacem
sepius violarent Romam venit et ab his
prelatis et magnatibus et potentibus
apud gradum ecclesie convivium grande
fecit. Cumque epulantibus latenter omnes
cingi fecit armatis. Deinde de dio-
lata pace commonitoria monens: inbel-
in scriptis culpabiles recitari. Quos
statim ibidem decollari faciebat, alios
ad epulas satagebat. ¶ Hunc succes-
sit Otto tercius anno domini DCCC
LXXXIIII. Iste autem otto cognominabatur
mirabilia mundi. Hic ut in quadam
chronica dicitur quandam uxorem habuit
que quendam comitem sibi consentire voluit.
Sed cum ille nollet tam facinus perpetrare
illa indignata pro comite apud
imperatorem adeo infamavit quod eum
imperator sine audiencia decollari fecit.
Qui antequam decollaretur rogavit
uxorem suam ut iudicio candentis fer-
ri post mortem eius probaret innocentiam.
Adest dies in quo cesar pupillis
et viduis se asserit iudicium facturum.
Affuit et vidua mariti caput secum

portans sanguinem in ulnis. Tunc quesivit ab imperatore qua morte dignus est qui iniuste aliquem occidisset. Cum ille capitis eum dignum assereret, illa mulier dicens: Tu es qui maritum meum ad suggestionem uxoris tue morte occidi mandasti. Et ut me verum dicere comprobes hoc candentem ferrum in manibus comprobabo. Quod Cesar videns obstupuit et in manus femine se puniendum dedit. Interventu tamen pontificum et procerum inducias x dierum, deinde viii, tercio vii, quarto vi a vidua accepit. Tunc imperator causa examinata et veritate cognita uxorem cremavit et pro redemptione sui quatuor castra vidue dedit. Que castra sunt in episcopatu lunensi et vocant ab induciis dierum x. viii. vii. vi. ¶ Post hunc beatus Henricus qui fuit dux Bavarie anno domini Mii imperium sumpsit. Qui Stephano regi Ungarie adhuc gentili sororem suam nomine Gyselam in uxorem dedit et tam ipsum regem quam totam eius gentem ad Christi fidem convertit. Cum Stephanus tante religionis fuit ut multorum miraculorum gloria ipsum illustrem reddiderit. Hic Henricus et uxor eius Kunigundis virgines permanserunt et celibem vitam ducentes in pace quieverunt. ¶ Huic successit Conradus quondam dux Francorum qui neptem sancti Henrici duxit in uxorem. Huius tempore visa est in celo trabs ignea mire magnitudinis super solem in occasu solis vergentem ruere et ad terram cadere. Hic quosdam episcopos de Ytalia eiecit. Et quia Mediolanensis archiepiscopus de vinculis fugit, suburbia Mediolani incendit. Die autem penthecostes cum imperator in parva ecclesia sancto urbe coronaret, ad missam tanta grandia tonitrua fulguraque facta

sunt ut aliqui mente excederent, alii spiritum exalarent. Bruno autem episcopus qui missam cantavit et Cesar aliique imperatoris cum aliis dixerunt se in missa plurimum vidisse sanctum Ambrosium imperatori comminantem. Huius Conradi tempore. Anno domini MXXV comes Lupoldus timore imperatoris cum uxore sua in silva fugiens in quodam tugurio latitabant. In qua silva dum Cesar venaretur nocte superveniente in eodem tugurio ipsum cepit hospitari. Cum hospita pregnans vicinaque partui decumberet ut potuit ministravit et necessaria ministravit. Eadem nocte mulier peperit et vocem terno ad se venientem Cesar audivit: Conrade, hic puer progenitus gener tuus erit. Mane ille surgens duos armigeros suos secretarios ad se vocavit eis dicens: Ite et puerulum illum de manibus matris violenter auferte et per medium findentes cor eius mihi portate. Cumque illi euntes de gremio matris puerum rapuissent, viderunt puerum elegantissime forme misericordia moti ipsum super quandam arborem ne a feris devoraretur imposuerunt et leporem findentes cor eius Cesari detulerunt. Eadem die dux quidam inde transiret et puerum vagientem audiret, eum ad se duci fecit. Et cum filium non haberet uxori attulit et nutriri eum faciens a se de uxore sua genitum esse finxit et Henricum vocavit. Cum ergo crevisset satis corpore pulcher et facundus et omnibus graciosus, quem Cesar videns decorum et prudentem a patre ipsum petiit et in curia sua manere sibi fecit. Postquam videret puerum omnibus graciosum et ab omnibus commendari, dubitare cepit ne ipse esset quem occidi mandaverat. Volens igitur esse securus literas manibus suis scriptas

pecuniam vero dixit in hunc modum. Inquirendum
est ... tua mea mox ut litteras istas
acceperis presenti huic nobili. Dum ergo
presens in quadam camera hospitalis fuisset
et fessus super bancum quievisset et bursa
in qua erant littere dependeret, et sacerdos
curiositate ductus bursam aperuit et
litteras sigillo regis munitas videns
ipsas salvo sigillo regis aperuit et legens
scalpello abrasit et ... subtiliter
quod dicebatur isti nobili scripsit
filiam meam in uxorem isti dabis. Cumque
regina litteras sigillo imperatoris munitas
videret et de manu imperatoris scriptas
recognovisset, convocatis principibus
nuptias celebravit et filiam suam eidem
in uxorem dedit, que nuptie aquisgrani
celebrate sunt. Cum autem a videntibus
cesari narraretur quod solempnes fuissent
filie sue nuptie celebrate, ille obstupe-
factus a duobus archangelis duce et sacer-
dote veritate accepta dei ordinacioni
non resistendum esse vidit, et ideo presbi-
terum ... esse sui generis appellavit
et postea in magno regnum instituit. ¶
In loco autem ubi prius heinricus natus
fuit nobile monasterium edificatum est quod
usque hodie ursania vocatur. Iste heinricus
... omnes ioculatores a curia removit
et que histrionibus dari consueverat pauperibus
erogabat. Huius tempore tanta scisma in
ecclesia fuit ut tres in simul pontifices
electi essent. A quodam tandem presbitero nomine
Gracianus magna illis data pecunia
eidem cesserunt et ipse papatum obtinuit.
Hic heinricus dum pro sedando scismate
Romam pergeret, Gracianus ei obviam ...
... corona sibi obtulit ut graciam sibi
faceret. Iste autem ... dissimulans
synodo congregata Gracianum de symonia
convicit et alium subrogavit. In libro
tamen bonizonis quem misit ipse ad comitissam
nomine Mathildam dicitur quod tantum propter

pro simplicitate ductus pontificatum sibi
per pecuniam acquisierit ut scisma abo-
leret ipse presbiter tamen se recognoscens
se ipsum sedente imperatore deposuit.
¶ Post hunc heinricus heinrici
tercius imperavit. Huius tempore Bruno i-
papa eligitur et leo vocatur. Cum iste
leo ... sedem apostolicam roma-
turus audivit voces angelorum can-
tancium dicit dominus Ego cogito cogita-
ciones pacis etc. Hic de multis sanctis
... composuit. Hoc tempore per berengarium
turbata fuit ecclesia qui asserebat
corpus et sanguinem christi non vere sed in figura
tantum esse in altari. Contra quem scripsit
egregie lafrancus prior beccensis qui
fuit magister anselmi cantuariensis.
Deinde heinricus quartus imperavit anno
domini M lvii. Cuius tempore magister floruit
lafrancus prior monasterii beccensis. Ad
huius eximiam doctrinam confluxit de bur-
gundia Anselmus presbiter vita ...
... et sapientia ... et ei in prioratu
successit. Sub hoc tempore ... a ...
... a fidelibus recuperata est.
Ossa beati nycolai apud barensem urbem
translata sunt de quo ... legitur quod
in quadam ecclesia que ... plures
... sancte ... de ... nove
... beati nycolai historia cantabatur ...
... ... habebant ...
exclamabant. Cum nullatenus ... ...
dixit ... ...
... Cumque ... fratres
... ille ... Recedite
a me fratres ... a me ...
ut nova cantica ... ...
in ecclesia mea decantent. ...
nova ... ... quodam
... ...
Cumque ... se in lectis ... ...
Nycolaus ... ...
Cum ... ... a ...

decimum parvum collegit in propriis
Archiepiscopi. O pastor eterne per singulas
horas distinctas vigiles quas in mente tene-
bat convenientes item scripturarum parentes
regeminans per ordinem morose canendo
ad usque ad finem perduxit. Cum in orbe
suis clamoribus exercuisset feminam ad
limen deportavit. Tandem ad se veniens
ait. Ita et historia nova sancti nycolai a
iudeo cantari. Hoc tempore ex in diocesi Ceno-
bis vigintinovem monachi cum abbate suo
Roberto cistercium solitudinem adeuntes ut
ibi regulam suam professionem districtius obser-
varent novum ordinem qui usque vere inchoa-
verunt. ¶ Hildebrandus prior cluniacensis
factus papa et gregorius vocatus est. Hic dum
in minoribus constitutus legationis fungeretur
officio lugdunum episcopum ebroicensem de
symonia miraculose convicit. Nam dum
eundem archiepiscopus omnes accusatores suos
corrupisset et quia non posset legatus
ait ut gloria patri et filio expedite
dicebat spiritui vero sancto dicere non pote-
rat. Cumque quia in spiritum sanctum peccave-
rat. Cum vero suum confitens mox ut
depositus esset clara voce spiritum sanctum
nominavit. Hoc miraculum refert Bona
in libro ad comitissam Mathildam. ¶
Mortuus Henricus quartus Spire et
cum aliis regibus sepultus. Hunc tamen
henricum in epitaphio habent. Filius
hic pater hic avus hic proavus iacet
iste. ¶ Huic successit henricus
quintus. Anno domini M c vij qui a papa
cum cardinalibus cepit et eos dimittens
investituram episcoporum et abbatum per anulum
et baculum pastoralem accepit. Huius
tempore Bernardus cum fratribus suis cisterciu[m]
ingreditur. ¶ In parrochia leodiensi
porca porcellum faciem hominis habentem
enixa est. Pullus gallinae quadrupes
natus est. ¶ Lotharius successit henri-
co. Huius tempore mulier quedam in hispania
monstrum bis gemini corporis est enixa
adversis vultibus et corporibus sibi coherentibus.
Ante quidem effigies erat hominis integri
corporis membrorum ordine distincta.
Retro facies canis corporis et membrorum
compactione integra. ¶ Post hunc regnavit
Conradus. Anno domini M c xxxviij
Eo tempore Hugo de sancto victore doctor
excellentissimus et in scientia summus et reli-
gione devotus obiit. De quo refertur
quod cum infirmitate valida laboraret et
nullum cibum comedere posset corpus tamen
domini sibi dari cum multa instantia postu-
labat. Tunc fratres eius turbacionem sedare
volentes simplicem hostiam instar corporis
domini sibi detulerunt. Quod ille per
spiritum recognoscens ait. Misereatur
vestri dominus fratres cur me deludere vo-
luistis. Iste enim non est dominus meus quem
deportastis. Mox illi stupefacti cu-
currerunt et sibi corpus domini detule-
runt. Quod ille videns cum ipsum non
valeret elevatis in celum manibus sic
orabat. Ascendat filius ad patrem et
spiritus ad deum qui fecit illum. Et in-
ter illa verba spiritum exalavit et corpus
domini evidenter disparuit. ¶ Eugenius
abbas sancti Anastasii papa constituitur
qui ab urbe expulsus eo quod senatores
alios creaverant Gallias venit et
Bernardum ante se misit qui viam domini
predicabat et multa miracula faciebat.
Gilbertum porretanum damnabat. Friderici-
nus nepos Conradi imperavit anno
domini M c liij. Tunc etiam floruit magi-
ster petrus lombardus episcopus parisiensis qui
librum sententiarum glosavit psalterium et epistolas
Pauli utiliter compilavit. Eo tempore tres
lune in celo vise sunt et in medio
figura crucis et non multo post visi sunt
tres soles. Tunc alexander tertius papa
creatus est electus. Contra quem Octa-
vianus Iohannes cremensis titulo sancti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
172 A 2

Calixti et Johannes prestrimenetensis successiue
ad papatum eliguntur et fauore imperatoris
fulciuntur. Durauit autem hoc scisma annis
xviii. Infra quod tempus teutonici qui apud
Thusculanum pro imperatore militabant
Romanos apud montem portii inuadunt
et occidunt a nona usque ad vesperas occiderunt
ut michi ex communi tot milia sunt occisa
licet tempore hanibalis tot occisi sint ut tres
coplimos anulorum quos de dignioribus precepit
occisorum idem hanibal extrahi fecit et
carthaginem destinauit. Corpora multorum
apud sanctum Stephanum et sanctum laurentium
sepulta sunt et habent hoc epitaphium Mille
decies deni et sex decies quoque seni ¶
Imperator Fredericus dum terram sanctam
visitasset et in flumine quodam lauaret
ibidem necatus est. Vel ut alii asserunt
equus suus impingente in aqua cecidit
ibique interijt. ¶ Henricus filius eius
anno domini M c xcv huic successit
Eodem tempore tante pluuie cum tonitruis
et fulminibus et tempestatibus facte sunt
quantas nulla meminit hominum antiquitas
lapides enim ad quantitatem ouorum quadran-
guli mixti cum pluuia de celo ceciderunt
arbores et vineas et segetes destruxerunt
et multos homines occiderunt. Cor-
ui quoque et quamplures aues per aera in
hac tempestate volantes visi sunt carbo-
nes viuos in rostro portare et domos
incendere. Contra romanam ecclesiam semper
tyrannidem exercuit. Et eo mortuo
Innocentius iii ne frater eius philippus
imperaret se opposuit et Ottoni filio
ducis saxonie adhesit et eum aquis-
grani in regem almanie coronari fecit
¶ Eo tempore dum plures barones francie
pro liberatione terre sancte ultra mare perge-
rent constantinopolim ceperunt. Huius
temporibus ordines predicatorum et minorum orti
sunt ¶ Innocentius tercius legatos ad
philippum regem francie misit ut terram
albigensium inuaderet et hereticos deleret

Qui omnes crucesignati sunt
Demum Innocentius tercius Ottonem
imperatorem coronauit et ut iura ecclesie
seruaret ab eo iuramentum exegit. Qui
statim ipso die contra iuramentum venit
peregrinos et romipetas expoliari fecit
Unde papa eum excommunicauit et ab imperio
deposuit ¶ Eo tempore fuit sancta
Elyzabeth filia regis ungarie que fuit
uxor lantgrauii thuringie et hassie
que inter alia innumera miracula xvi mor-
tuos suscitauit ac cecos natos illumi-
nauit. De cuius corpore usque hodie oleum
fluere perhibetur ¶ Ottone depo-
sito Fredericus Henrici filius eligitur
et ab Honorio coronatur qui leges op-
timas pro libertate ecclesie et contra here-
ticos edidit. Hic super omnes diuicijs
et gloria habundauit sed eis in superbiam
abusus est. Nam in matrem romanam ec-
clesiam exercuit et duos cardinales
vinculauit et prelatos quos Gregorius
nonus ad concilium vocauerat capi fecit
et eo ab ipso excommunicatur. Demum quartum
et eo ab ipso excommunicatur. Demum eum quia
multis tribulacionibus pressus moritur et
Innocentius quartus natione Ianuensis
concilium apud lugdunum congregans ipsum
imperatorem deposuit. Quo deposito
et defuncto sedes imperii usque hodie
vacat etc.

29

Incipit vita sancti trudonis confessoris

Venerabilis trudo in hasbanie finibus nobilissima francorum prosapia ortus fuit. Erant autem parentes illius locupletes valde tam in pecunia quam etiam in agrorum amplissima possessione. Erat namque beatus Trudo elegans et pulcherrimus inter omnes sive pubertatis coetaneos sapiens verbis prudens moribus consilio firmus ingenio vigens decorus aspectu blandus alloquio. Et quod hiis omnibus maius est a primo etatis sue tyrocinio in amore superne patrie ita exarsit ut cuncta que in hac mortali vita fovent despiceret atque in immortalis vite appetitum magis ac magis desudaret. Cum itaque esset virtutibus quibus celeste regnum adipiscitur sancti pueri infancia imbuebatur. Nil de terrenis facultatibus ambiens mentis arcem in domino omni tempore fidelis et amore fixa tenebat. Erat autem tanta in eo largitatis industria ut omnia que parentes sui indumenti habere poterat pauperibus et egenis erogaret ita ut sepe accidisset quod etiam singularis tegiminis pro illa que integra sua erat parte corporis sui nudo tamen parum abscondi indigentibus distribueret. Itaque gestum est ut frequenter pro talibus gestis parentes illius huius [illegible] ferentes increparent ei et magnis minis sepissime eum terrerent. Sed in hiis omnibus sanctus puer instans ac si illum parentes ad hoc opus instigarent quod vehementer elemosinarum segetem ubique seminabat in viis in [illegible] suo testimonio [illegible] date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis et egregii doctoris gentium

qui ait fratres qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet. Intellexit etenim beatus puer nichil aliud hoc [illegible] qui suum elemosinarum quantitate eternam retributionem nescit augmentum. Unde ille despiciens [illegible] minimas [illegible] pauperibus largiter elemosinam erogabat.

